ΥΛΗ ΑΝΘΡΩΠΙΝΗ

PARS I.

DE INTERNARUM HUMANI CORPORIS PARTIUM COGNITIONE ARISTOTELIS CUM PLATONIS SENTENTIIS COMPARATA.

PARS II.

PHILOSOPHORUM VETERUM USQUE AD THEOPHRASTUM DOCTRINA DE SENSU.

THEOPHRASTI DE SENSU ET SENSILIBUS FRAGMENTUM HISTORICO-PHILOSOPHICUM. CUM TEXTU DENUO RECOGNITO PRIMA CONVERSIO LATINA ET COMMENTARIA.

ARISTOTELIS DOCTRINA DE SENSIBUS.

THEOPHRASTI FRAGMENTA DE SENSU, PHANTASIA ET INTELLECTU E PRISCIANI METAPHRASI PRIMUM EXCERPTA.

SCRIPSIT ET EDIDIT

LUDOVICUS PHILIPPSON

BEROLINI 1831.

SUMTIBUS J. A. LIST



Berolini, typis A. Petschii.

VIRO CLARISSIMO

FRIDERICO REIL

PHILOSOPHIAE DOCTORI,

PRIORE TEMPORE ECCLESIAE VORLICIENSIS PRAEPOSITO, IN AGRO SCHONVERDENSI FUNDORUM DOMINO

ETC. ETC.

DE FRATRE MEO OPTIME MERITO

HOC OPUSCULUM

PIA GRATAQUE MENTE

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Ut illis, quibus perpauci humani generis filii numerabantur, diebus, jam diu quidem ad Acherontis noctes applicatis, mortales, sese aliquando per omnem terrarum orbem erraturos esse praesentientes, turrem usque ad sidera exstruere simplici in animo habuerunt: ita equidem magnum, titulo: Ὕλη ἀνθρωπίνη inscripto, sustulisse mihi videor signum, ad quod revertantur dissertationes et argumento et forma multiplices. Eo igitur tantum consilio tale invenire et proponere ausus sum, quo, si hujus voluminis opuscula nullis laudibus digna omnibusque meritis carentia non habebuntur, me alterum, cujus partes ad eundem paene finem pertinebunt, admoturum esse existimavi. Itaque judices, ut illius turris aedificationem Deus O. M. rescidisse dicitur, sic vos quidem voluminis mei secundi editionem ne velletis! Quod si factum est, non certus sum, quin mea quoque, ut istorum hominum, oratio perturbetur. — Sed Cato potius Censorius loquatur.

Si jure censemus, nostram aetatem eo optime signari posse, quod per omnes artes literasque res, quae contemplationi subjiciuntur, ex omnibus partibus percipiendi studium maxime colatur; ac si a veritate non abhorret, veterum philosophorum et literatorum dis-

ciplinas nequaquam satis comprehendi, nisi eorum de rebus naturalibus quoque notiones simul atque de ethicis, logicis, politicis etc. cognoscamus; si denique saepe fieri, ut sententia singula aliqua diversitatem atque ingenium cujuspiam facilius perspiciamus clarioremque proprietatis tanquam visionem nobis inducamus, nemo denegat: eum et totius operis et earum, quae hoc in volumine leguntur, dissertationum finem nobis propositum fuisse praenuntiamus, antiquorum judicia et ideas de rebus naturalibus, sed maxime de anatomicis, physiologicis et iis, quae ad corporis cum anima conjunctionem pertineant, illustrare et expedire. Caeterum prima parte fundamentum historiae rei anatomicae et physiologicae, quam *Aristoteles* primus ad scientiae gradum promovit, jaciendum putavimus. Secunda in parte philosophorum usque ad *Theophrastum* veterum doctrinas de sensibus composuimus. Quae vero de *Theophrasti* libello egimus, eo quoque pertinent, ut *Eresio* locus, quem sane meret, et qui ei adhuc negabatur, inter philosophiae historicos designetur, praeterea eo, ut omnia, de quibus historici dubitare solent, et quae ejus narrationibus disceptari possunt, quodammodo discernantur. Fragmenta denique, quae e *Prisciani* metaphrasi excerpsi, *Theophrastum* philosophum, qui de rebus logicis et psychologicis disputavit, nobis ante oculos ducere, ac rationem, qua Noster, disciplinam ab Aristotele accipiens, hujus doctrinam persequeretur et excoleret, prodere prima mihi visa sunt. — Secundi igitur voluminis locum primum *Chrysippi* fra-

gmenta physica collecta tenebunt, ad quae commentaria, quibus totius quoque Stoicae disciplinae, quae ad naturam spectant, opiniones exponantur, adjiciemus. Quae praeter alia sequetur Peroratio de omnibus philosophis eodem modo, quo eam ad hujus voluminis partem primam de *Platone* et *Aristotele* composuimus, conscripta.

Jam lector ut libenter errata haec parva corrigas ipse, et addas, quae appono, oro rogoque.

Frequentissimum *Arist.* nomen: Stagirites nonnunquam Stagirita legitur e. g. p. 2 l. 24. p. 28 l. 7. — p. 6 ad not. 5) annotare neglexi, dialogum: Epinomis non *Platonis* esse. p. 28 ad not. 3): Nunc mihi caussa haec videtur esse: ἀοϱτή ab ἀόϱατος, si ἀ intelligitur intensivum, non privativum. p. 45 l. 9 lg. jejuno lc. jejunio. p. 61 l. 21 lg. vere lc. vera. p. 72 l. 2. lg. Quod hoc lc. Quod. p. 87 l. 27 lg. duriora lc. durior. p. 90 l. 34 lg. sensit lc. sentit. p. 92 l. 9 lg. ὑπὸ lc. ὐπὸ. p. 106 l. 16 lg. τοὺς lc. τοῦς. p. 127 l. 9 lg. sit lc. sint. p. 128 l. 27 lg. ἐφαινομένων lc. ἐφαιμονέμων. p. 150 l. 22 lg. διαφανοῦς· ἔπει lc. διαφανοῦς ἔπει. p. 155 l. 23 lg. disputat lc. disputatat. p. 171 l. 10 lg. sunt lc. est. ib. l. 17 lg. ψυχή lc. φυχή. p. 176 l. 24 lg. ἔφυ lc. ἔχυ. p. 192 l. 3 a Metrod. lc. Metr. p. 196 ad §. 37 τὰ σωματικώτατα τῆς αἰσθήσεως nunc ita explicari volo, ut Th. Anaxagorae objiciat, quod hic nihil de gustu et tactu, qui sensus maxime corporis sint, explicaverit. Ad p. 202: Male interpretatur *Schol.* ad Tim. 84 c *Steph.*: σφακελισμός ἐςι σῆψις μυελοῦ, καὶ σφάκελος, ἡ μετὰ σπασμοῦ τῆς χολῆς πϱόεσις. Medici hac de explicandi ratione exquisita nihil produnt. Ad illa, quae initio cap. XI p. 213 sq. scripsi, ut verba Thi. §. 69: καὶ τούτων τὴν ἀλήθειαν κτλ. computentur, oro.

Scribebam, Berolini Kal. Jul. MDCCCXXXI.

L. P.

INDEX.

PARS I.

DE

INTERNARUM HUMANI CORPORIS PARTIUM COGNITIONE

ARISTOTELIS

CUM

PLATONIS

SENTENTIIS COMPARATA.

Cap. I.

De ordine librorum, qui animalium naturam spectant, Aristotelis.

Inter scripta, quae nobis ab Aristotele relicta sunt, eorum unam cognoscimus seriem de natura animalium. Quae cum neque editionibus variis, neque *Fabricii Hallerique* enumeratione non perturbata et confusa sit: non parvi momenti esse habeo, scire, quo temporis ordine haec naturalia a philosopho perfecta sint, quum hac cognitione saepe praebeatur censendi adminiculum. Ad quem finem ut perveniamus, adjuvat, quod invicem libri commemorantur in ipsis. Doctissimus igitur Aristotelis editor, *Buhle*, in dissertatiuncula quadam[1]) primus conatus est, tempus, quo scripta haec naturalia se secuta esse videantur, explorare, cujus autem auctoritate equidem non plane contentus, quum rem ipse accuratius indagassem, inveni hunc ordinem, qui differt ab illo, quem Buhle tradidit, qui libros de partibus statim post libros de historia animalium posuit:

I. De historia animalium.
II. De incessu animalium.
III. De anima.
IV. De sensu et sensili.
V. De memoria.

---

[1]) Biblioth. d. alten Litt. und Kunst von *Heeren*. St. X. Götting. 1794. p. 46. De eadem re loquitur maxime confuse *Patricius* discuss. peripat. I, 9. [Bas. 1581. fol.].

VI. a) De somno et vigiliis, b) de insomniis, c) de divinatione per somnum.
VII. De partibus animalium.
VIII. De motu animalium.
IX. De generatione animalium.
X. a) De longitudine etc. vitae, b) de juventute etc., c) de vita etc.
XI. De respiratione.

Buhle quidem librum quoque de spiritu adnumerat, quem Aristoteli plane falso adscriptum existimo, et virorum quorundam doctorum auctoritate, et certis argumentis nixus, quae alio loco enarrabo. — Quum enim sine ulla dubitatione constet, II—VI unum post alterum perfectum esse, [v. incess. c. 19 fin., sens. c. 3 et 7 fin., somn. c. 1. init.] haec omnia a libris de hist. anim. antecessa affirmat de incess. c. 1. fin. Quoniam autem non historia sola saepe in libris de partibus anim. laudatur, [e. g. l. II. c. 1. p. 16,15. ed. *Sylb.*] sed etiam libri de sensu et de somno [l. II. c. 7. p. 32,6.] et de sensu [ib. c. 10. p. 39,4.], libri contra de partibus perfecti citantur fin. libri de motu c. 11. et de juvent. c. 2. p. 62,28, illi post librum de divin. et ante librum de motu ponendi sunt. Quamquam vero libri de generatione jam fine lib. IV. c. 14. de part., utpote perficiendi praenuntiantur, [cf. III, 5. p. 64,17. II, 3. p. 26,15.], tamen hoc repetitur fin. l. de motu c. 11., ita ut tunc eos perfectos credam, quum praeterea de anima et sensu citentur de gener. III, 3. V, 7. p. 320,17. [cf. de sens. c. 4. p. 12,22.] Saepe etiam commemorantur de generatione simul atque de alimento, qui tempus non tulerunt, [e. g. part. an. II, 7. p. 33,6 et 9. IV, 4. p. 86,22.] Totam denique seriem libro de respiratione finiri, Aristoteles ipse annotat fin. l. de resp.

Omni hac scriptorum, quae Stagirita de natura animalium composuit, serie perspecta, observari licet, finem,

quem persecutus sit Noster in perficiendis libris, non semper fuisse eundem. Ita libros de historia et incessu ab illis de partibus, motu et generatione animalium differre comperimus, quod in illis magis res anatomica, in his res physiologica indagata sit[1]). Divisis enim corporis partibus tum in similares et dissimilares, tum in externas et internas, in historia primum agressus est Noster dissimilares[2]), quarum externas[3]) sequuntur internae descriptae[4]). Quibus absolutis, sese vertit ad similares corporis partes, quarum enarratio totum complectitur tertium librum. In sequentibus libris inter alia de coitus et generationis diversitate disputat, non admodum gaudens certo ordine. Diverso autem modo in libris quatuor de animalium partibus agitur. In quibus enim, quum physiologicae rei majorem ferret operam Aristoteles, tamquam a fundamentis exiit simplicibus. Similaribus igitur partibus primum descriptis, ac maxime earum muneribus expeditis, finem operi ponit, de partibus externis disserens[5]). Opus contra de generatione expositionem continet et coitus ejusque diversitatis apud varia animalia et generationis et vitae foetus etc. Simili modo liber de ingressu instrumenta, quae huic actioni inserviunt, et ejus rationem tractat, liber de motu, quanam animalis facultate motus excitetur. Neque libri de anima et de sensu sibi non opponuntur, quorum diversum finem ipse nobis optime nuntiat verbis[6]): „In libris de anima dictum est *τί τὸ ἔργον τῶν αἰσθητῶν, καὶ τί τὸ ἐνεργεῖν καθ᾽ ἕκαστον τῶν αἰσθητηρίων,*" nunc autem: „*τί δὲ ὂν ἕκαστον ποιήσει τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν ἐνέργειαν.*"

---

1) cf. hist. an. I. 6. §. 4. ed. *Schneider*. part. an. II. 2. 1. p. 16, 15. ed. *Sylb.*

2) h. an. l. c. §. 5.

3) a cap. 7. inde usque ad cap. 13.

4) a cap. 13. inde usque ad cap. 14.

5) a cap. 6. l. IV.

6) de sens. c. 3.

Cap. II.

De corporis partibus in totum.

Totius corporis fundamenta sunt quatuor elementa: ignis, aër, aqua, terra, vel potius eorum facultates et initia: calidum, frigidum, humidum, siccum. Ex quibus in animalibus partes similares formantur, quibus iterum dissimilares componuntur¹). Similares partes, *ὁμοιομερῆ μόρια*²), sunt *ἀσύνθετα ἁπλᾶ*, non compositae, simplices, quae ex eadem materia constant, atque in ejusdem generis particulas dissecantur; dissimilares, *ἀνομοιομερῆ*, contra *σύνθετα*, compositae, quarum dissecatae particulae non ejusdem manent conditionis, uti manum non in manus dissecas³). Similares vero partes hae sunt: partim molles et humidae: *αἷμα* sanguis, ejusque vicariae partes: *ἰχώρ* sanies, et *ἶνες* fibrae; *πιμελή* adeps et *στέαρ* sevum; *μυελός* medulla; *γονή* genitura; *γάλα* lac; *σάρξ* caro; demum excrementa *περιττώματα*; *κόπρος* stercus; *φλέγμα* pituita; *χολή* bilis; [*ξανθὴ καὶ μέλαινα* flava et nigra] — partim siccae et durae: *νεῦρον* nervus, *δέρμα* cutis, *ὑμήν* membrana, *φλέψ* vena, *θρίξ* pilus, *ὄνυξ* unguis, *κέρας* cornu, *ὀστοῦν* os cum vicariis: *ἄκανθα*, spina et *χόνδρος* cartilago⁴). Quum autem corpus partim certis actionibus et opificiis fungatur, partim sensus possi-

---

¹) h. an. I. 1. §. 2. part. an. II, 1. 2. p. 16 sq.

²) Hanc vocem et contrariam esse ab Aristotele inventam, docet *Galenus* de dogm. Hipp. l. VIII, 4. p. 673. ed. *Kühn.* Attamen Anaxagoram *ὁμοιομερῆ* dicere solitum esse, etsi de particulis tantum, ex quibus mundus compositus sit, notissimum est. cf. Gal. ib. V, 3. p. 450, nisi posteriores hoc nomen Anaxagorae subdiderunt cf. *Schleiermacher* üb. Diog. Apollon. p. 93. [Abhandl. der Akadem. zu Berlin 1804—1811; Berl. 1815] et *Schaubach* Anaxag. fragm. [Lips. 1827. 8] p. 87.

³) h. an. l. c. §. 1. part. an. l. c. p. 18. cf. Introductio anatomica c. 1. ed. *Bernard.*

⁴) h. an. l. c. §. 5. et III, 2. §. 1. part. an. II, 2. p. 20.

deat externarum rerum, ad ea diversae designatae sunt partes, quae omnes sese distinguunt, aut illis aut his inservientes. Organicae igitur sive instrumentariae dissimilares esse videntur, sensoriae contra similares. Si igitur opera perficiunt manus, brachium, facies, oculus: sensus omni sui generis sensorio percipitur. Quamobrem physiologum diversa elementa oculi, faciei, nasi nuntiare non licet, sensorii vero profecto, hujus aërem, illius ignem [1]). Principium et similarium et dissimilarium partium est cor [2]). Ex siccis autem et humidis illae tanquam partium materiam, ex qua instrumentariae componuntur, hae illarum alimenta praebent. Multum etiam in corpore valent calidum et frigidum, quae juxta ac siccum et humidum mortis et vitae, juventutis et senectutis, somni ac vigiliae, morbi et sanitatis caussae sunt [3]). Caliditatem enim naturalem omnia habent animalia, sine qua anima existere non potest, [quamquam falsum est dicere, animam esse ignem vel tale quid, anima enim calido subministratur tantum [4])], ita ut mors caliditatis corruptio violenta sit [5]). Ita calor naturalis, cujus fines describit pulmo, movet et concoquit [6]). Frigidum autem facultatem singulam certamque, non privationem quandam esse, observationibus comperiri licet, quae, quod illud substantiosum quoddam sit, probant [7]).

Additamentum I.

Ut cognoscamus, quantum Aristoteles magistri sui, *Platonis*, doctrinam excoleret, de corporis partibus in

---

[1]) p. an. l. c. c. 1. p. 17. sq.
[2]) ibid. p. 20. cf. infra cap. VI.
[3]) ib. c. 2. p. 21. [4]) p. an. II, 7. [5]) cf. *Plutarch* pl. ph. V, 25.
[6]) p. an. II, 3. gen. an. II, 1. 3. III, 11. juv. 6. resp. 6. 8. 18.
[7]) ib. p. 23. Contraria contendit gener. an. II, 6: *ἡ δὲ ψύξις στέρησις θερμότητός ἐστιν.*

totum quid Plato opinaretur, paucis explicabimus. — Mundo formato, Deus Diis junioribus, filiis suis, imperat, animalium generationem perficere[1]). Sui igitur creatorem imitati, ignis, aëris, aquae, terrae particulas a mundo mutuabantur, easque inter se haud indissolubilibus vinculis, quae propter parvitatem cerni non possunt, copulabant, unumque ex omnibus corpus efficiebant[2]). Quae elementa generationem, neque similibus, neque ad pondus exaequatis viribus refertam, nullaque ex parte aequilibrem, agitant, atque ipsa ab illa agitantur, ita ut potius eorum passiones cognosci, et quod cernatur, semper aliter formatum, non ignem, sed tale quid, non aquam, sed tale quid, dici liceat[3]). — Attamen nonnumquam partes terrenas etc., ut ossa et capillos, definit Plato[4]). — Alio quidem loco quinque elementa exstare contendit, namque quintum aethera[5]), quae tamen res ad nostram operam non pertinet, quoniam ex illo animalia magis daemonica gigni putat philosophus[6]), qui alio loco aethera aëris speciem eamque purissimam nominat[7]).

Cap. III.

De cerebro.

In cranio, tribus ossibus [*βρέγμα* anterior pars, *κορυφή* vertex, *ἴνιον* occiput] composito, sub bregmate cerebrum, *ἐγκέφαλος*, situm, occiput vero vacuum est plenumque aëris[8]). Cerebrum continetur duabus membranis, quarum altera circum os validior (dura mater), altera circum cerebrum minus valida est (pia mater),

---

[1]) *Plato* Tim. p. 325. ed. *Bipont.* [2]) ibid. p. 329.
[3]) ib. p. 343. 346. et 350. sq. [4]) ibid. p. 375.
[5]) Plato Epinom. p. 253. [6]) ib. p. 259.
[7]) Tim. p. 362. Quod jam annotat Plut. pl. ph. II, 7.
[8]) h. an. I, 7. p. an. II, 10. p. 39, 25.

quae μήνιγξ quoque vocatur[1]). Cerebrum ipsum bipartitum omnibus est (Hemisphaeria), eique adjunctum cerebellum, παρεγκέφαλις, plane diversae formae. In medio cerebro parva cernitur cavea (ventriculus tertius). Cerebrum nullo praeditum est sanguine, nullaque vena, meninx contra venis referta, quae, quamvis leves, lenem purumque sanguinem ducentes, ad meningem ab aorta et magna vena (v. cava) ascendentes, cerebri frigorem modicum reddant. Cerebrum enim ex terra et aqua compositum[2]), humidissimum, humorisque copiam secernens, pinguosum, et, quod tactu jam probatur, omnium corporis partium, quum exangue sit, frigidissimum[3]), simul ac cor maxime vitae principatum obtinens[4]), a natura opponitur cordi et pulmoni, quorum summus calor moderandus erat[5]). Ex qua causa facile intelligitur, cerebro nullam esse communitatem cum sensibus et sensilibus, quoniam animae, cujus opificium et alere et movere est, ad hunc finem summa praestat officia calidum. Sane igitur falluntur, qui sensus a cerebro, ipso et sensus et sanguinis et carnis carente, exire putant[6]). Itaque cerebrum, societate omni recusata, singularis exstat naturae, bene pro se constitutae[7]). [De meatibus cerebri v. infra]. — In cerebro oriuntur destillationes, ῥεύματα;

---

1) h. an. I, 13. §. 2. 3. III, 10. §. 1. *Galenus* nobis tradit, veteres Graecos omnem membranam μήνιγγα appellasse, posteriore autem tempore μήνιγξ matri durae et piae tantum tributum esse. De admin. anat. IX, 2. Ita *Empedocles* et *Aristoteles* oculi membranam μήνιγξ nominant, de sens. c. 2, ubi illius versus, qui apud *Sturzium* [fragm. *Emp.* Lips. 1805] v. 274—283 p. 525 leguntur.

2) part. an. II, 7. p. 32,10.

3) ibid. p. 30. c. 10. p. 39, 12. c. 14. p. 44,5. de somn. c. 3. p. 45, 8. de gener. an. V, 3.

4) p. an. III, 11. 5) ib. II, 7. IV, 10.

6) ib. II, 10. p. 38. sq. cf. *Michaëlis Ephesii* Schol. p. 78. ed. *Monthesauri*, qui haec contra Platonem disputata esse, nuntiat. cf. Aristot. de juv. c. 3.

7) ib. c. 7. p. 30, 18.

sanguinis enim, venis adducti, excrementis per loci vires refrigeratis, pituitae et saniei fiunt destillationes, quae maxime iis, quibus cerebralia frigidiora, quam modicae mixtionis sunt, accidunt. Qui formandi modus ejusdem rationis est quam pluvii in nubibus formandi[1]). Neque somnus cerebro non efficitur, refrigerato et repulso sanguinis nimio affluxu[2]). Cerebrum, homini pro ejus magnitudine omnium maximum, maribus quam feminis majus[3]), ossi tenuissimo et infirmissimo, bregmati subest, quum cranium virorum saturas ternas, in unum magna ex parte coëuntes, mulierum unam in orbem circumeuntem habeat[4]).

Additamentum II.

De cerebro *Plato* haec docuit: — Caput, ad rotundam coeli formam fictum, divinissimum corporis membrum, reliquorumque princeps est, cui totum corpus connexum Dii subesse et parere jusserunt[5]), et in qua corporis summa arce et radice animam posuerunt intelligentem[6]). Circumcludit enim caput illam medullae partem, in quam, velut in agrum quendam, divinum semen jaciundum erat, cerebrum, sphaera ossea, quasi torno facta, circumseptum[7]). Cerebrum, osse raro textum, cute, tegmine levi, quod ad frigoris calorisve intemperiem repellendam sufficiat, et sensus acumen minime impediat[8]), non autem carnibus nervisque circumdatur, quamobrem caput ad

---

[1]) ib. p. 31,18. de somn. l. c. 10. sens. c. 5. p. 16, 20.

[2]) ib. p. 32,1. somn. l. c. cf. *Plut.* l. c. V, 25.

[3]) hist. an. l. c. §. 2.

[4]) ib. I, 7. III, 7. §. 2. part. an. II, 7. cf. introd. anat. c. 45, 47—50. Notum est, *Hippocrati* cerebrum esse glandulam magnam de gland. p. 272. *Foës.* Arachnoidea *Galeno* ipsi ignota erat cf. admin. anat. IX, 1. p. 186. K.

[5]) *Plato* Tim. p. 332. [6]) ib. p. 431 cf. Plut. pl. ph. IV, 5.

[7]) ib. p. 395. sq. [8]) ib. p. 401.

sentiendum acutius prudentiusque omnibus membris, sed imbecillius est constitutum[1]). Sensus cum cerebro communitatem profecto habent, ut vox quaedam est ab aëre pulsatio, quae per aures, cerebrum et sanguinem ad animam penetrat[2]); ut gustu acuta vocantur, quae sua levitate sursum ad capitis sensus elevantur[3]). — Vides, quantopere Aristoteles a magistri sententiis decedat, hisque plane contraria contendat. Plato enim non minus de corde, uti videbimus, multa agebat, quam Aristoteles, qui, praeceptoris doctrina de cerebro neglecta, praecipuam corporis partem cor agnovit, qua re rei anatomicae non parva incommoda et impedimenta objiciebantur.

Cap. IV.

De medulla spinali.

Omnium ossium initium, spina, a vertebris formata, a capite usque ad femora tendit, cranio cum extremis vertebris conjuncto. Per omnes vertebras perforatas medulla spinalis currit, quae sane diversa a medulla ossium, neque sevosa neque pinguis, ut haec, sed glabra et nervosa [i. e. ligamentosa] est, ut extensionem habeat[4]). Tali enim opus erat, ut continua per totam columnam iret, quoniam, ceterae medullae similis, humida et friabilis fuisset, quamobrem sola haec locum

---

[1]) ib. p. 399. Contra haec certat Aristoteles, secundum cujus opinionem carne, quae tactus inprimis sensorium est, caput caret, propterea quod capiti nullus erat attribuendus sensus. p. an. II., 10.

[2]) ib. 381.

[3]) ib. p. 378. *Pseudoplutarchus* nobis tradit, *Erasistratum* animam in cerebri meninge, quam ἐπίκρανις nominavit, *Herophilum* in cerebri sinu posuisse. plac. phil. 4, 5.

[4]) part. an. II, 9. h. an. III, 7. §. 1. p. an. II, 6. p. 29,11. p. 30,2.

tenet certum, ligamentoque eget. Medulla spinalis cum cerebro conjuncta quidem est, tamen nullam cum eo communitatem habet, contrariaque paene natura gaudet. Hoc enim frigidissimum, illa calida. Conjunctio ipsa secundum legem naturae sempiternam instituta est, qua contrarium contrario proximum sit, ut alterum alteri frena imponat[1]).

Additamentum III.

Ut totam de medulla Aristotelis et Platonis doctrinam, ejusque diversitatem facilius perspiciamus, operae pretium esse duco, primum Aristotelis sententias de medulla apponere. — Medulla ossibus tantum, iisque cavis, includitur, adiposa sebosave, ac sanguinis naturae particeps, non, ut quidam volunt, vis geniturae seminalis [v. add. IV.]. Ita diversa est a medulla spinali, quam, si adiposa esset, fragilem neque perpetuam esse oporteret. Medulla ossium, excrementum concoctum, alimentum sanguineum est, quod in ossa distribuatur[2]).

Additamentum IV.

Plato medullam, quae ossibus continetur, et spinalem nequaquam distinguit, quam ob causam de prima ita disputantem audias: — Triangulos primos, indeflexos et laeves, ad quatuor elementorum generationem accommodatissimos secrevit Deus, apto modo permiscuit, et procreavit ex iis medullam, semen totius generis mortalis, ex qua et ossa et caro et hujusmodi reliqua initium ceperunt. Vitae enim, quam anima cum corpore juncta agit, vincula, in medulla posita, radices per totum animal

---

[1]) ib. c. 7. p. 30,8. sq. His verbis *Platonem* refutari, jam annotat *Mich. Ephes.* Schol. ad p. an. II., 3. (vulgo 7.) cf. introd. anat. c. 35.

[2]) h. an. III, 15. part. an. II, 6.

mortale agunt. Praeter illam, quam jam cognovimus, medullae partem, cerebrum, eam figuris rotundis simul atque oblongis ornavit, ex quibus vincula totius animae jecit, velut ex ancoris, et quas ossium textura fulciens, totum nostrum corpus absolvit[1]). Quando autem triangulorum illorum, ex quibus medulla confecta est, vincula nihil amplius nectunt, labore defatigata et relaxata, vitae finis adest, animaque cum voluptate evolat[2]). — Sphaerae vero osseae, qua cerebrum est circumseptum, angustos Deus reliquit meatus, et circa cervicis simul dorsique medullam ex ipso rotulas vertiginesque effingens, quasi cardines subdidit, ita ut illa a capite per totum portenderit[3]). Nervos quoque extremae capitis parti circumponens, spinae dorsi eos circumplicavit, summasque illis maxillas sub vultu devinxit[4]). — His Platonis sententiis accuratius perspectis, facile intelligimus, opinionem de anima medullae insita exiisse e necessitate, quam antiquissimi humanae naturae scrutatores jam senserunt, vinculum exstare quoddam inter animam coelestem corpusque terrenum, quo munere nostri fungi nervos ducunt. Aristoteles autem, qui profecto minus recte cogitabat de natura organica, animi sedem in corde existimabat, calidumque esse ejus adminiculum, ita minime definiens organon singulum, per totum corpus vergens, animam et corpus coaptans.

Cap. V.

De nervis.

Aristoteles nequaquam cognovit nervos.

Bene mihi notum est, nonnullos viros, maxima quidem gloria dignos, optimeque de rerum naturalium historia

---

1) Tim. p. 394. sq. 2) ib. p. 412. 3) ib. p. 396.
4) ib. p. 399.

meritos, contendisse contraria, ac Nostro non solum nervorum cognitionem, vel etiam inventionem adscripsisse. Quod et ad Aristotelis scripta recte intelligenda et ad rei anatomicae historiam tantius habeo momenti, ut, eorum opinioni nullo modo consentiens, omnia partium quarundam nomina, quae nervos nostros exponi licere visa sunt, paullo accuratius anquirere conaturus sim.

§. 1.

Νεῦρα.

Galenus, probans sententiam, nervos e cerebro et medulla spinali oriri, *Aristotelem* et *Praxagoram* vituperat admodum, qui nervos e corde proficisci docuissent[1]). Ex qua Galeni oppugnatione facile intelligimus, hunc veterum medicorum doctissimum putasse, Aristotelem verbo *νεῦρα* nervos ipsos comprehendisse. Quantum autem hac in re Galenus erraverit, videas ex his, quae Aristoteles de nervis disputat:

Nervi initium capiunt ex corde, in cujus sinibus eorum multitudo invenitur[2]), quanquam nervi non continui, ut venae, ex uno principio exeunt, sed per artus divulsi perque ossium flexiones sunt. Omnia quae flectuntur, ossa, aut quae inter se aptata sunt, colligantur nervis, quorum multitudo circa ea jacet, excepto capite, quod nervis caret, suturisque ossium continetur. Plurimi autem circa pedes sunt, costas, scapulas, cervicem, brachia: maximi in poplite ad saltum aptissima; geminus tendo, epitonus et humerarius, qui ad corporis robur momentum afferunt[3]).

---

[1]) de dogm. Hipp. et Plat. L. I. c. VI et VIII. cf. II, 8. p. 278.
[2]) hist. an. I, 14. §. 1. III, 5. §. 1. part. an. III, 4. p. 61,16.
[3]) h. an. III, 5. §. 2. 3. 4. Verbo τένοντες, tendines, non utitur

Nervorum natura scissilis est per longitudinem solam, transversa non item: admodum intendi possunt, [signum nervorum praecipuum[1])], incisi non consolidantur: humore mucoso, albo, glutinoso circumdantur, quo aluntur et ex quo generati videntur[2]). — Si igitur ex his jam elucet, quod nullo modo *νεῦρα* nervos significent, alia quoque hac cum re consentiunt. Ita nervi, venae, cutis, ossa opponuntur carni, tactus sensu praeditae[3]). Ita frequentissimus adjectivi *νευρώδης* usus, e. g. cameli penes tam nervosus[4]), ut ad arcus usum pro funiculo interpolent[5]); aorta nervosa est vena, cujus extrema non cava, sed nerveae naturae sunt[6]). Ita nihil contrarii inest sententiae, vires omnibus in nervis consistere, ipse enim pergit: «liberorum nervi nondum intenduntur, senescentium jam laxantur, quamobrem ad motum imbecilliores sunt[7]).» —

Ex quibus omnibus sequitur, ut Aristoteles verbo *νεῦρα* ligamenta intelligeret, quorum nomine seriore *συνδεσμός* raro et generaliter utitur[8]). Itaque Galenus multique alii non jure Aristotelem vituperaverunt, qui nervos in corde oriri putasset. Ille enim falsas *Chrysippi* opiniones de corde refutans [l. c. cap. VI.], certando pergit contra *Praxagoram*, qui dictitaverat [cap. VII], arterias progressas et divisas, tenues et angustas factas, in nervos transire. Quibus fractis, sese vertit ad Aristo-

---

Aristoteles, nisi de illis, quos *Hippocrates* quoque cognovit, appellavitque *τοὺς τένοντας τοῦ τραχήλου*, de carne p. 409. ed. *Foës.* et *Plato*, qui ait: *οἱ ἐπίτονοι καὶ τὰ ξύνεχῆ νεῦρα εἰς τὸ ἐξόπισθεν*, Tim. 419, ex quibus verbis perspicuum est, *ἐπίτονοι* Platonis esse ligamenta, non nervos nostros. cf. *Sprengel.* Gesch. d. Heilk. T. I. p. 439. ed. 3.

1) part. an. II, 8. p. 34,11. 2) h. an. l. c. §. 2.

3) part. an. l. c. p. 33. 4) h. an. II, 3. §. 5.

5) ib. V, 2. §. 4. 6) ib. III, 5. §. 1. cap. 3. §. 2. 3.

7) gen. an. V, 7. p. 322,3.

8) e. g. h. an. I, 13. §. 8. p. an. II, 6. p. 29,28. et a. l.

telem [cap. VIII.], qui bis, quamvis non distincte de his loquutus sit. Respiciens igitur praesertim ad illa, quae libro III. de p. an. l. c. inveniuntur, verba, hoc modo disputat: Si quidem multos nervos in corde videamus, tamen eorum principium hanc partem esse non habendam, quoniam alibi quoque multitudo videatur; sed ne hanc quidem in corde inveniri; nullum [cap. X.] denique nervum derivari ex corde in aliquam corporis partem, sed e cerebro medullaque spinali; Aristotelem igitur verisimiliter *τὰς διαφύσεις νευρώδεις*, quas *Herophilus* ita nominasset, vel *τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ νευρωδῶν συνδεσμῶν* intellexisse. Quum Galenus his ultimis verbis ipse ad veritatem accederet, facile commisit totum errorem, qui apud *Hippocratem* ipsum fallitur, cui saepius distinctionem suam inter nervos, tendines et ligamenta adscripsit[1]), quod falsissime factum est, ut *Foësius* in Oeconomia Hippocratica nobis probavit, et Galenus ipse nonnumquam confitetur[2]). Facile vero explicatu videtur, quomodo Aristoteles ad hanc opinionem pervenisset. Neminem enim fuget, quod Noster saepissime ligamenta cum membranis, cutibus etc. commisceat, neque bene eorum structuram et indolem distinguere sciat, ut aortam nervosae naturae i. e. ligamentorum instar judicavit. Quum igitur Noster neque arteriarum membranam, quae cordis internas partes vestit, neque pericardii, quae externas, bene cognosceret: sententiam, in corde esse nervorum (ligamentorum) multitudinem, et propter cordis principatum, ortum, edicere facillime potuit[3]). Constat igitur, *νεῦρα* esse Aristoteli ligamenta.

---

[1]) Comm. I. in l. VI. Epid. n. II. p. 803. (T. XVII, 1.) *Kühn.* de usu part. XV. c. 1. p. 215.

[2]) e. g. de admin. anat. I. c. 3. p. 233. *Oecon. Hipp.* v. *νεῦρον.*

[3]) Multi Galeni vituperationes prosequuti sunt, vel recentiores, quibus mala de Aristotele opinio non dejicitur, e. g. cf. *Rudolphi* Phy-

Additamentum V.

De nervis, i. e. ligamentis, docet *Plato* haec: — Inter ossa et carnem media est nervorum natura ex osse et carne non fermentata, flavoque colore praedita[1]. Nervi enim simul ac caro e sanguine formantur: illi autem e fibris [ἶνες] propter cognationem[2]. Disseminati sunt omnia per membra, articulum articulo connectentes[3], ut corpus, nervis reliqua membra vincientibus, remissis et intensis circa cardines ipsos, omnem ad flexionem tensionemque promptum et agile reddatur[4].

§. 2.

Πόροι τοῦ ἐγκεφάλου.

Inveniuntur autem apud Aristotelem nonnulla loca, quibus de meatibus quibusdam inter oculos et cerebrum loquitur. Quos quidem *πόρους* nonnulli recentiores[5]) interpretati sunt nervos, quos Aristoteles vidisset, igiturque inventionem nervorum huic rei anatomicae patri adscripserunt. Quanquam autem non plane denegem, Aristotelem fortasse revera meatus suos eo loco vidisse, ubi nervus opticus situs est, tamen nullo modo consentire possum eo, quod Stagirita sibi jure gloriam vindicare possit, se nervos vidisse primum ac docuisse. Colligam igitur primum loca, quibus disserit de his meatibus Noster: «Tres meatus ab oculo ferunt: eorum minimus,

---

siol. T. II. a. p. 285. A. 2. ***Rufus Ephesius*** narrat, antiquissimis νεῦρα fuisse φλέβες, ut ***Erotianus*** quoque exponit ἐναίμου νεύρου loco τῆς φλέβος.

1) Tim. p. 397. 2) ib. p. 414. 3) ib. p. 399.

4) ib. p. 396.

5) *Sprengel* Gesch. d. Heilk. T. I. Abschn. IV. §. 20. [p. 456. ed. 3.] *Hecker* Gesch. d. Heilk. T. I. Per. II. Abschn. II. §. 42. p. 246. et alii.)

nasum proximus, ad cerebrum, reliqui duo, maximus et medius ad cerebellum. Ac maximi quidem aequali inter se distant spatio, neque coëunt: mediocres vero in unum coëunt. Quod in piscibus apertius agnoscitur: ii namque propiores cerebro sunt, quam magni. Minimi autem plurimum absistunt a se invicem, neque coëunt[1]).» Dein in describendis talparum oculis: «Sunt enim, inquit, a cerebro, qua conjungitur cum medulla, meatus nervosi duo validi, qui ad ipsas oculorum sedes tendunt, terminanturque ad superiores exertos dentes[2]).» — Haec sunt loca, quae ab illis viris, non satis propter merita erga historiam artis medicae venerandis, laudantur. Quae mihi praeter haec adsunt, infra. Quod autem hi pori nervos significent, contra hanc opinionem primum certare hujus verbi usus mihi videtur. Magni enim est momenti apud antiquos rei anatomicae scriptores vox πόρος, multaeque corporis partes sic nuncupantur, quarum enumeratio quaedam antecedat, praesertim quanta ad Aristotelis usum pertineat. Ita meatus auditorius internus, πόρος ἀκοῆς[3]), nasi π. τῷ πνεύματι[4]), s. τῆς ὀσφρήσεως[5]), oesophagus[6]), meatus lactis in mulierum mammis[7]), cordis in plumonem et arteriam asperam[8]), viae respirationis[9]), meatus genitalium π. αἰδοίων[10]), θορικοί et ὑστερι-

[1]) h. an. I, 13. §. 4. [2]) ib. IV, 8. §. 2.

[3]) ib. I, 9. §. 2. II, 8. §. 3. 9. §. 6. p. an. II, 11,p. 41,7.

[4]) h. an. I, 9. §. 4. Problem. 33, 10. 12.

[5]) h. an. II, 9. §. 6. IV, 8. §. 3. *Theophrast.* caus. plant. 6, 9. §. 3., apud quem πόρος lapidum quoque genus, de quo vid. *Schneider.* ad *Theophr.* de lap. §. 7. T. IV. p. 543.

[6]) h. an. II., 8. §. 4. [7]) ib. I, 11. §. 1.

[8]) ib. I., 14. §. 3. II, 12. §. 2.

[9]) *Hippocr.* de flat. p. 299,18. *Ruf. Ephes.*, de appell. part. II. p. 58. ed. *Clinch.*

[10]) h. an. II, 9. §. 2. 12. §. 10. III, 1. §. 3. Probl. 4,10.

ὑστερικοί[1]), σπερματικοί[2]), meatus urinarii[3]), ex renibus in vesicam, ex aorta in renes[4]), viae nutrimentorum[5]), apud Methodicos meatus corporis, in quibus nihil τῶν ὄγκων, i. e. materiae[6]). Si quid ex his concludi licet, observandum est, hoc verbo semper significari locum cavum, per quem aliquid permeat, praesertim humoris cujusdam meatum, uti saepe loco venarum dicitur πόροι[7]). Saepe etiam contingit, ut vasa, quae non totam suam naturam conservarunt, sic nuncupentur: ita venae ex aorta ad testes descendentes, quae pro Aristotelis opinione sanguinem non ducunt[8]); animalibus, quae testibus carent, πόροι tantum. Si jam hae observatiunculae significationem nervorum non indicant, alia inveniuntur loca, quae nos ad veritatem propius promovent: «Ex oculis ferunt meatus in v e n a s, quae circa cerebrum sunt, iterum ex auribus eodem modo meatus in occiput vergit[9]).» Dein: «At oculi ad cerebrum pertingunt, et uterque super v e n a p u s i l l a situs est[10]).» Quae ut clariora reddamus, comparemus cum verbis, quae in libro quodam, qui non parvam possidet auctoritatem, *Hippocratis* leguntur: «tenues venulae ferunt in oculos ex cerebro per meninga circumdantem[11]);» nonne credimus, eadem significare hic φλέβια quam apud Aristotelem πόροι, qui in φλέβες cerebri transeunt? Restat igitur quaerere: ad quem usum destinatos putavit hos

---

1) h. an. IV, 2 §. 12. VI, 10 §. 8.

2) *Cael. Aurel.* chron. l. II c. 1. *Ruf. Ephes.* l. c. p. 63.

3) *Aretaeus* de cur. ac. II, 9 p. 111, A ed. *Boerh.* caus. diut. II, 3 p. 53, D. *Cael. Aurel.* chron. V, 2.

4) h. an. I, 14 §. 7.

5) Probl. 1,43. Cael. Aurel. chr. III, 3.

6) Definitionem meatuum *Asclepiadis* optimam tradit *C. Aur.* acut. I, 14, apud quem et *Cassium Jatrosophistam* saepissime occurrunt e. g. Probl. I, IV et a. l. cf. *Galen.* de pl. Hipp. et Pl. V, 3 p. 449.

7) e. g. h. an. III, 3 §. 5.

8) ib. c. 1 §. 7. 8.

9) p. an. II, 10 p. 39, 25.

10) h. an. I, 9 §. 1.

11) de loc. in hom. p. 408, 47. *Foës. Democriti* φλ. τ. ὀφθ. *Theophr.* sens. 50.

poros Noster? quam ob rem poros nominavit eos? Hippocrates pergit l. c.: «hae venulae alunt visum purissimo humore ex cerebro[1]).» Quod autem Aristoteles ejusdem fuerit opinionis, ipse nobis probat contendens, visum omnibus multo cum jure juxta cerebrum esse positum, quoniam hoc humidum et frigidum, ille secundum naturam humor sit[2]). At quid aliud intelligere possumus, si de caecis: «Quia, inquit, fluentium in oculos vasorum venae circa tempora adurunt, meatus humidorum consolidant» etc.[3]). Clarissime denique inter res, quae oculos mordent, enumerat oleum, quod, quia tenuissimum est, influit per meatus[4]). Ita etiam *Scholiastes* Aristotelis, *Michaëlis Ephesius:* «natura oculos in capite posuit, ut humor chrystallinus e cerebro ipsis subministraretur, et venae quidem, per quas oculis humor chrystallinus exhibetur, a pupilla quidem inchoant, in cerebro autem radices habent[5]).» Et si quis adhuc dubitet, ille demum Aristotelem audiat ita loquentem: «A cerebri humore secernitur pars purissima per meatus, qui ab oculis tendere ad cerebri membranam visuntur[6])». Meatus autem eos nominavit, non, ut apud Hippocratem fit, venas, quoniam illa vasa sola appellare solebat venas, quae sanguinem ducunt, haec autem alium humorem continent.

Quodsi autem res ita se habet, ut meatus cerebri in oculos vasa, humore, quo oculi alantur, impleta, significent: Aristoteles hosne videre potuit, quippe nervos nostros, apud talpam, cujus nervos opticos hodie quoque addubitant naturae scrutatores[7])? Nervumne vi-

---

[1]) ib. l. c. cf. 409,15. [2]) p. an. l. c. p. 39,11.
[3]) Probl. 31,5. [4]) ib. 22.
[5]) *Schol.* ad p. an. II, 6 (vulgo c. 10) p. 78. [6]) gen. an. II, 6.
[7]) V. nuperrime *Geoffray St. Hilaire* in Journ. gén. de med. T. CVIII p. 83 sq. Fortasse descripsit Aristoteles arteriam infraorbitalem,

dere potuit, si ait: «Differunt etiam inter se sexus ipsi [apud πολύποδες]: mares meatum habent sub gula a cerebro ductum ad inferna alvei: femellis bina sunt haec et parte superiore sita[1])?» nervumne, si ait: «Aures non habent meatus in cerebrum, sed in oris palatinum (tuba Eustachii) et ex cerebro vena tendit in utramque[2])?» alias: «ex auribus eodem modo [quam ex oculis] in occiput vergit meatus[3])?» nervumne, si ait: «Olfaciendi audiendique meatus contingunt aërem externum, pleni spiritus nativi, ortique a corde tendunt ac desinunt ad venas circa cerebrum[4])?» Nervumne, quaero, si ait: «Meatus a cerebro ad oculos tendunt, et desinunt in dentes summos[5])?» Minime, credo.

Attamen, quia hìc nihil valet refutare, sed veritatem exquirere et ad certitudinem ducere, rem, qua opinio contraria defendi possit, tum commemorare, cum explicare, fas est. *Sprengelius* enim meritissimus, ubi de *Herophilo* loquitur: «Er hielt, inquit, zuerst die Nerven für Werkzeuge der Empfindung, ungeachtet er sie mit dem Aristoteles noch Kanaele [πόροι] nannte[6]),» laudatque *Galenum* de lib. propr.[7]), qui, *Marini* libros de admin. anat. enumerans, addit: «in undevigentesimo de nervis oculorum, quos nominant Herophilus et Eudemus πόρους.» Videmus, non omnes nervos, sed opticos tantum πόρους nominatos esse, ut *Rufus* quoque, qui de nervorum doctrina Herophili loquitur, nihil de poris

dicens, porum oculi e cerebro venientem apud talpam ad superiores dentes exertos vergere.

1) h. an. IV, 1 §. 13. 2) ib. I, 9 §. 1.

3) p. an. II, 10 p. 39, 25.

4) gen. an. l. c. Adjectiva νευρώδης καὶ ἰσχυρός, quae attribuuntur his poris, de venis quoque adhibentur e. g. h. an. I, 14 §. 7. 8. *Plato* voce πόρος non utitur, sed διέξοδος sive aliis.

5) h. an. IV, 7.

6) Gesch. d. Heilk. Th. I. Abschn. II §. 65 [p. 534 ed. 3.]

7) cap. 3. T. I p. 42 B. ed. *Chart.*

commemorat[1]). Quanquam huic Galeni loco non multum tribuerem auctoritatis, quia magna sequitur lacuna haec verba, et glossa ipsa singula neque cum ceteris conjuncta videtur: alibi tamen eadem narrat *Galenus*: «Solum his [nervis opticis], antequam in oculum ingrediuntur, perclare inest quidam meatus sensorius, ob quem anatomici nonnulli eos πόρους nominarunt, non nervos, nonnulli autem nervos opticos, nomen de actione ponentes[2].» Sed res ita se habere mihi videtur: Multi quidem Aristotelis opinionem sequebantur, ita, ut, nervorum indole eruta, nervoque optico recognito, tamen nomen πόρος retineretur, fortasse propter nervum et arteriam opticam arcte conjunctam. Historia enim nobis hoc perlucide demonstrat, quod nervorum inventio non Aristotelis oculorum poros prosequuta sit, sed verbum ipsum νεῦρα, quae, e cerebro medullaque spinali exeuntia, *Herophilus* distinxit ab illis, quae inter ossa et musculos sic nominabantur. Differentia hac constituta, paullatim ligamentorum significatio abcessit, ac verbum νεῦρα nervis solis tributum est, uti apud *Aretaeum* jam ultimus usus tantum invenitur[3]). Quae optime probantur verbis, a *Galeno* servatis ex opere *Erasistrati*, qui, ut ille testatur, senex invenit nervos ex cerebro proficiscentes. Quo loco dicit Erasistratus, hominem ad currendum habere aptissimos musculos et nervos, quorum ἀποφύσεις πᾶσαι ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου[4]). Nunc autem interrogandum est, num Aristoteles quidem invenerit et docuerit hos πόρους τοῦ ἐγκεφάλου primus? Respondeo: non ita est. Unus enim mihi in promtu est locus, qui

---

[1]) l. c. l. II p. 65.

[2]) de nervor. dissect. c. II [T. II p. 833. *Kühn.*] et de plac. Hipp. et Pl. VI, 4 p. 615, ubi autem elucet, non omnes viros doctos hos n. opt. poros putasse.

[3]) cf. de caus. diut. I, 7. p. 34 B. cur. acut. I, 1 p. 73 D.

[4]) *Galen.* de plac. Hipp. et Pl. VII, 3 p. 603.

adhuc omnes fugit viros doctos. Est hic *Theophrasti* fragmenti de sensu §. 26, ubi narratur, *Alcmaeonem* [Crotoniatam] opinatum esse, cerebrum excipere πόρους, per quos sensus fiant, qui ita omnes cum cerebro arcte conjuncti sint[1]). Quos poros, pro sensu nervos nostros, cum *Empedocleis* comparare debemus, in quos emanationes corporum intrent et sensus efficiant, sine quidem cerebri auxilio. Aristoteles autem, qui, quamvis ipse non dicat, hos Alcmaeonis poros a caeteris neglectos denuo percepit, tamen, quoniam, ut dictum est, ad cerebrum visum tantum pertinere putavit, solos inter cerebrum et visum agnoscere potuit, venarum instar humorem ad oculos ducentes. Apud Alcmaeonem vero, itidem quam apud Empedoclem et alios, πόροι oculorum ex meatibus auditoriis, olfactus et gustus (ore) comparatis evenisse videntur[2]). — Ad finem perventum est, ac solum addatur haec observatiuncula: Saepe homines, ita Graeci philosophi, itaque Aristoteles, aliquid adesse praesumunt propter theoriam, quam excolunt. Theoria autem Aristotelis docuit: cerebrum frigidum, humidum, oculi frigidi, humidi. — Ex omnibus sequi mihi videtur, ut nervorum inventio *Aristoteli* propter *πόρους τοῦ ἐγκεφάλου* non sit tribuenda.

§. 3.

Ἶνες.

Aristoteles, descriptis sanguinis fibris, quibus sanguinis, e corpore exemti, congelatio efficiatur, alias discernit ipse. Quum enim illas inter sanguinis vicaria enumerasset[3]), aliae describuntur, quarum natura inter ner-

---

[1]) *Chalcidius* in Tim. ed. *Meurs.* [LB. 1617. 4] p. 340 de oculorum meatibus *Alcmaeonis*, *Callisthenis* et *Herophili* loquitur, sed excultiorem jam sententiam producit.

[2]) cf. infra P. II.

[3]) h. an. III, 2 §. 1.

vos [ligamenta] et venas media sit, et quae a nervis ad venas viceque versa vergant, interdum saniei humorem contineant[1]), et una cum venulis extent, si, cum animal macescat, caro abeat[2]). Ex quibus dictis *Heckerus* suspicatus est, ἶνες hujus sensus Aristoteli fuisse nervos nostros[3]): quacum opinione equidem consentire non possum. Leguntur enim: «circa ossa consistit caro, quae illis conjuncta est vinculis tenuibus et ex fibris formatis [ἰνώδεσι δεσμοῖς][4]),» quae igitur eadem significare videntur, quam Galeni tendines, de quibus hic saepissime loquitur[5]). Praeter haec Noster: «Cor, inquit, conjunctum est cum arteria [aspera] *πιμελώδεσι καὶ χονδρώδεσι καὶ ἰνώδεσι δεσμοῖς*[6]).» Si igitur *δεσμοί* nomen est vinculorum generale: *ἰνώδεις* talia habenda sunt, adeposis ac cartilagineis opposita, ex quibus membranae compositae sint. Videmus, quantopere haec cum sententiis supra laudatis conveniant. Ita etiam vesica membranis tenuibus et *ἰνώδεσι* circumcluditur[7]); meatus quidam membrana fibrosa formatur[8]).

---

[1]) ib. cap. 6.

[2]) ib. cap. 12. [Apud *Heckerum* false legitur l. IV.] cf. III, 4 §. 7.

[3]) Gesch. d. Heilk. B. I §. 42 p. 246. Plerumque exponuntur ἶνες musculorum fibrae, quod certe apud *Aristotelem* falsum est. Non omittenda est hac in re *Theophrasti*, Aristotelis et discipuli et imitatoris, distinctio paene aequalis in plantis, h. plant. I, 2 §. 3 [p. 8. *Schneider*] et §. 5 [p. 10.] ἶνες continuae, in longum vergentes et sine ramis, φλέβες, illis similes, sed longiores, cum ramis et humore quodam, inter utrasque σάρξ. v. ann. *Schneid.* T. III p. 13.

[4]) p. an. II, 9 p. 35, 21.

[5]) cf. ann. nostra p. 12. 3) e. g. de mot. musc. I, 1 et 2. de admin. anat. I, 3 p. 233 *Kühn.* Annotandus tantum error est *Galeni,* qui τένοντας e ligamentis et nervis mixtis fieri putat.

[6]) h. an. I, 13 §. 8. [7]) ib. I, 14 §. 8.

[8]) ib. II, 12 §. 12. *Erotianus,* quanquam interpretatur: ἶνες, οἱ μὲν τὰ νεῦρα, οἱ δὲ τὰς συνθετικὰς τούτων κτηδόνας, tamen verisimiliter in sensu *Hippocratis*, quem illustrat, νεῦρα exponit, nam Hippocrates ipse ait: ἐν δὲ τῷ ὑμένι ἐφαίνονται ἐνεοῦσαι ἶνες λευκαὶ καὶ παχεῖαι, κ. τ. λ. de nat. puer. p. 230,44. cf. Oec. Hipp. *Foës. Galenus* ulti-

Additamentum VI.

Plato fibras solas in sanguine cognoscit, de quibus suo loco narrabimus. Ita et nervi et caro e sanguine generantur, nervi [ligamenta] a fibris, propter cognationem, caro a coagulatione ejus, quod secretum a fibris, concrevit[1]).

Cap. VI.

De corde.

Cor situm est in medio pectore, et medium totius corporis locum tenet, eumque nobilissimum, quanquam homini illud in partem sinisteriorem, aliquanto a mammarum divisione ad laevam mammam in superiore pectoris parte inclinatur. Cordis fastigium in anteriorem spectat partem, mucro pectus versum directus est, curva autem pars superne. Neque magnae, neque longae est figurae, sed rotundioris, ita tamen ut turbinetur. Habet membranam pinguem crassamque, qua tum venae magnae [cavae] tum aortae annexum est cor (pericardium), quod arteriae quoque [asperae] appendet vinculis tum pinguibus, tum cartilagineis, cavumque est, qua appensum[2]). Tres sunt cordis sinus, quorum maximus in suprema parte dextra venae magnae, minimus in sinistra aortae annexus est, in medio mediocris, utrique communis. Dexter quidem maximam et calidissimam sanguinis copiam continet, medius purissimam[3]). Namque cor, venarum principium, unum intestinorum sanguinem, cujus fons est, in se habet, non ut caetera venis, quarum nulla per cor transit, omnis ex hoc exit, inclusum. Sanguis enim e corde in venas ruit,

mos nervorum et ligamentorum ramunculos ἶνες nominat. diss. nerv. c. 2 p. 241 K. us. part. XII, 3 p. 8.

¹) Tim. p. 414.

²) h. an. I, 14. §. 1. 2. c. 13 §. 8. p. an. III, 4 p. 59,16.

³) h. an. l. c. III, 3 §. 2. 3. p. an. l. c. p. 62,10.

et per totum corpus pervagatur, nunquam autem ex ulla parte ad cor revertitur. Ad quod officium bene formatum est a natura, firmum et cavum, ut sanguis eo teneatur, simul ac spissum, ut calor retineatur. Cor enim et sanguinis producendi facultatem vimque possidet, et caloris corpori innati, et vitae omnisque motus tum jucundi tum injucundi, et omnis sensus principium est, praestantissima calore et situ corporis pars, cerebro frigido opposita[1]. Si igitur cor et movendi et nutriendi et sentiendi vim possidet[2], praesertim gustus et tactus sensoria juxta id posita sunt[3]. Quas ob caussas cor generatione animalis primum formatur, et ultimum morte deficit[4]. Ut autem illis muneribus bene fungatur, nervorum multitudo in ejus sinibus allata est, quorum tractu et remissione motus fit[5]. Itaque cor, vitae principium, et similarium et dissimilarium partium initium est, harum, quod secundum formam dissimilare et sanguineum videtur, ex ea materia conformatum, cujus fons ipsum est, illarum, quod in partes similares secatur[6]. — Ex cordis superiore parte duo meatus ferunt in pulmonem, alter e sinu dextro, alter e sinistro, qui eodem modo, quo arteria [aspera], scinduntur, arteriaeque fistulas totum per pulmonem comitantur (venae pulmonales). Inter se coaptati spiritum recipiunt, quem ad cor transmittunt[7]. Tria

---

1) h. an. l. c. §. 4. III, 14 §. 1. p. an. l. c. p. 60,12. c. 3 p. 58,10. gen. an. II, 4. mot. an. c. 11. sens. c. 2 fin. somn. et vig. c. 2 p. 41,5. juv. et sen. c. 2 [vulgo 4.] fin. vit. et mort. c. 1 [vulgo de resp. c. 17.]

2) p. an. II, 1. 3) sens. l. c.

4) gen. an. II, 6. *Galenus* narrat, et *Chrysippum* et multos alios *Stoicos* et *Peripateticos* haec post Aristotelem docere solitos esse. de foet. form. c. 4 p. 674 K.

5) h. an. I, 14 §. 1. p. an. III, 4 p. 61,16.

6) p. an. II, 1. III, 4 p. 59,5. gen. an. II, 4 p. 216,22. [cf. cap. II supra.]

7) h. an. l. c. §. 3 [cf. infra cap. IX.]

enim motus genera patitur cor, quorum primum saltus, πήδησις, morbosus quidem status, cordis calido per refrigerationem excrementitiam et colliquatricem [περιττωματικὴν ἢ συντηκτικὴν] compulso, in morbis palpitatio, παλμός, nuncupatur. Calidum cedens et contractum producit motum hunc. Pulsatio autem, σφυγμός, secundum genus, sempiternus est cordis motus, quem continuus affluxus humoris ex alimentis praeparati, in corde in sanguinem mutandi, cordisque calore innato tumefacti, ita profert, ut, ultima cordis tunica elevata, venae, e corde per totum corpus proficiscentes, continuo moveantur. Qui cordis motus e duobus constat momentis, e resilitione, ἀναπήδησις, frigidi compulsi repulsione, et e pulsatione, σφύξις, humidi calefacti inflatione[1]). Cor in prima partuum generatione jam palpitare incipit[2]). De tertio motu, de respiratione, ἀναπνοή, cujus et pulmo et cor particeps est, postea dicetur. —

Qua Aristotelis doctrina de corde enarrata, restat, ut pauca de tribus cordis sinibus, quos Noster opinatus est, commemoremus. Quem errorem multi, ut explicent, aggressi sunt, quorum opiniones varias diu erat enumerare. In historia autem praeclara, quam artis medendi conscripsit doctissimus *Sprengelius*, de eo haec verba invenimus[3]): «Andere vermutheten mit mehrerem Rechte, die Diaskeuasten der Schriften des Stagiriten, Apellikon von Teos und Tyrannio, hätten diese Stelle[4]) korrumpirt. Denn an einem andern Orte[5]) wird das Herz ausdrücklich in zwei Hälften getheilt.» Laudat autem Sprengelius de hac re *C. Hoffmanni* apolog. p. Galeno 2 p. 110, qui mihi non in promtu est, et de *Apellicone Schneideri* epim. II, p. 80 sq. Quod judicium

[1]) de vit. et mort. c. 2 [vulgo de resp. c. 20.]
[2]) p. an. III, 4. cf. introd. anat. c. 39.
[3]) T. I Abschn. IV §. 21 p. 460. ed. 3.
[4]) h. an. 3,3.
[5]) p. an. III, 7. p. 68,5.

neque Schneiderus ipse affirmat, qui nobis multo cum jure persuadet: «statim apparet ex ipsa Strabonis narratione, libros Aristotelis exotericos, ad quorum numerum volumina de animalibus scripta omnia pertinere, nemo dubitabit, jam ante illud Apelliconis studium curiosorum usibus publicata patuisse[1]);» neque Aristoteles, qui non uno, sed pluribus locis tres sinus exponit[2]); neque *Scholiastes,* qui: «Asserit, inquit, insuper, cur magnorum animalium corda ternis ventriculis, alia binis praedita sint[3]).» Neque parvum apud me valet *Galenus,* vir facultate critica nequaquam nudus, qui in describendis arteriis coronariis: *ἔνϑα τὴν τρίτην,* inquit, *ἐνόμιζεν εἶναι κοιλίαν ὁ Ἀριστοτέλης· αὕτη δέ ἐστιν ἡ κατὰ τὸ πλατὺ τῆς καρδίας μόριον οὖσα τῆς δεξιᾶς, οὐκ ἄλλη τρίτη τις*[4]).» Quod autem illum locum a Sprengelio laudatum attinet, qui duos tantum cordis sinus agnoscere videri potest: aliam etiam explicationem admittit, illis multis locis non contrariam. Omnia enim viscera bipartita esse contendit, ita cerebrum, et instrumenta sensoria, cor etiam sinibus suis[5]). Quae dicere potuit, quamvis tertium in medio situm opinatus. Caeterum alio modo haec explicare velle, quam Galeni ratione, supervacaneum mihi videtur, error quidem certus est.

Additamentum VII.

Platonis de corde opinio: — Jam supra [add. II.] vidimus, a Platone animam intelligentem, i. e. immorta-

---

[1]) cp. II [ante hist. an. editionem] T. I p. LXXIX. cf. p. LXXXVIII sq.

[2]) praeter loca supra laudata: somn. et vig. c. 3 p. 45,25. Nonnunquam verborum intimus nexus hanc sententiam conservat, e. g. h. an. I, 14 §. 4. *ἐν ἑκάστῃ ἔχει αἷμα τῶν κοιλιῶν,* ubi dixisset *ἐν ἑκατέρᾳ.*

[3]) Schol. ad p. an. III, 4 p. 103 sq.

[4]) de diss. arter. c. 9 p. 817 *K.*

[5]) p. an. III, 7 p. 68,5 . . . *διόπερ ὁ ἐγκέφαλος βούλεται διμερὴς εἶναι πᾶσι, καὶ τῶν αἰσϑητηρίων ἕκαστον. κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἡ καρδία ταῖς κοιλίαις.*

lem animae partem, in cerebro sitam creditum esse. Mortalis autem animae illam partem, quae, tanquam virorum, irae fortitudinisque particeps et contentiosa est, posuerunt Dii in pectore inter collum et diaphragma. Cor vero, venarum originem sanguinisque, per omnia membra vehementer manantis, fontem quasi in aedicula excubitoria collocarunt, ut, quando irae vis exardescit, ratione nuntiante, per angustos quosdam meatus celeriter, quidquid in corpore sensus est particeps, jussa minasque sentiat, atque ita obediat. Quoniam autem cor et terrori et irae fervori maxime subjectum esse cognoverunt, eaque omnia per ignem fieri, aestus temperandi gratia pulmonem mollem et exanguem, tanquam dulcem saltum, cordi circumdederunt, ut, spiritu potuque hausto, cordis ardorem refrigeret, quo facilius, ira seduta, cor rationi obtemperare possit[1]). Tenduntur a lingua venae ad cor, quibus, si qua inciderint, contractis arefactisque, sapores pariuntur[2]). — Haec Platonis sententia de tali trium animae partium dispositione in corpus [v. add. X,] ut cor irae fortitudinisque, i. e. altiorum animi affectionum, et ita sentiendi facultatis solius particeps sit, ab antiquis admodum impugnabatur. Ita *Chrysippus* fecit, contra quem defendit[3]) Platonem *Galenus*, qui idem vituperat *Zenonem*[4]), *Aristotelem*[5]) et *Posidonium*[6]), cordi omnes animae facultates attribuentes[7]).

---

1) Tim p. 387 sq. 2) ib. p. 377 sq.
3) de plac. Hipp. et Pl. III, 1 sq. 4) ib. c. 2 p. 294 K.
5) ib. c. 7 p. 337. 6) ib. VI, 2 p. 575.
7) cf. ibid. c. 9 p. 586.

Cap. VII.

De venis.

Si quidem *Plato*, verisimiliter primus, docuit, venas a corde oriri, tamen hanc sententiam non longius prosequutus est, neque, singula describendo, accuratius demonstravit [v. add. VIII.]. Quod meritum sibi jure vindicare potest *Stagirita*, qui, cum antecessoribus suis comparatus, summam facit admirationem. Illorum enim multos, venarum originem caput opinatos, vituperat[1]). Venae ex corde proficiscuntur[2]), *φλέβες* omnes appellantur et venae et arteriae, sed bene distinguuntur *ἡ ἀορτὴ*[3]) *καὶ ἡ μεγάλη φλέψ*; haec major illa e dextra, illa minor hac e sinistra cordis parte nascitur; haec in anteriore pectoris parte juxta spinam, illa in posteriore sita est; magna vena membrana cuteque compacta: aorta tum angustior, tum nervosissima; illa per cor tendit, ita, ut hic cordis sinus, in quo stagnat sanguis, venae pars videatur: aorta contra a corde tendit e medio sinu, et

---

[1]) p. an. III, 4 p. 59,24. h. an. III, 3. *Syennesis* et *Polybus* hoc fecerunt, v. ib. c. 2, quo in capite eorum juxta ac *Diogenis Apolloniatae* venarum doctrinae expediuntur. Polybi eadem verba apud *Hippocratem* inveniuntur de nat. hom. p. 229.

[2]) Praeter laudata loca: p. an. I, 9. gen. an. II, 4. somn. c. 3.

[3]) *Galenus* de arter. diss. c. 1 p. 780, de sem. I, 8 p. 541 docet, Aristotelem aortae hoc nomen tribuisse, quam alii *τὴν μεγάλην* [*μεγίστην*] *ἀρτηρίαν* nominarent. Quamquam autem neque apud *Hippocratem*, cui *ἀορταί* bronchos arteriae asperae significant v. Oec. Hipp. *Foësii*, neque apud *Platonem* nomen *ἀορτή* invenitur, tamen Aristoteles ipse Galeni animadversionem non affirmat, dicens: *ἣν καλοῦσί τινες ἀορτήν* l. c. §. 1. et alio modo al. l. *Ἀρτηρία* Aristoteli semper arteria aspera est, itidem *Platoni*, qui bis *ἀρτηρίαι* commemorat, arteriam asperam cum ramis intelligens Tim. p. 388. 405. Caussa, quam Aristoteles nominis aortae tradit, non clara est: *ἐκ τοῦ τεθεᾶσθαι καὶ ἐν τοῖς τεθνεῶσι τὸ νευρῶδες αὐτῆς μόριον.* [v. Add. XVII.]

versus caput membraque inferiora fluens, angusta et plane nervosa fit[1]). Haec aortae et venae magnae [cavae] distinctio, quam Aristoteles primus invenerat, pravo quidem modo a serioribus exculta est. *Praxagoras* enim aortae ramis nomen ἀρτηρίαι tribuit, propter opinionem suam, eas spiritum ducere, quae ut repellatur, longum tempus desideravit. Ita *Seneca*, ut exemplum afferam, ait: «ad nostrorum corporum exemplar, in quibus et venae sunt et arteriae: illae sanguinis, hae spiritus receptacula [2]).» Postea vero alia ab omnibus contendebatur sententia, nimirum arteriarum tantum initium cor esse, venarum hepar, quam *Galenus* saepissime exponit[3]). Tantum Stagirita hac in re prae omnibus excellit! Venarum cursum ita describit:

I. Cursus venarum in superiore corporis parte.

Aortae rami minores comitantur ramos venae magnae, quae primum indivisa superne tendit ad pulmonem et aortae conjunctionem, tum dividitur in duas partes, quarum altera bipartita in utrumque pulmonem transit, in minimos ramos scinditur, arteriaeque asperae fistulas ita comitatur, ut extrema cerni non liceat (ven. et arter. pulmonalis ramus dexter et sinister); altera, quae ad spinam postremamque colli vertebram aggreditur, et per spinam ad singulas costas et vertebras venulas pusillas mittit (ven. et art. intercostales), apud vertebram supra renes positam, rursum in duas scinditur. Supra has iterum in duas dividitur, quae, ad latera et claviculas ver-

---

[1]) h. an. l. c. §. 3.

[2]) Natural. quaest. lib. III c. 15 [p. 771 ed. Amstel. 1619] cf. ib. VI, 24 p. 825.

[3]) e. g. us. part. XVI c. 1 p. 263. c. X p. 313.

gentes, per axillas in brachia currunt (ven. et art. axillaris et brachialis cum subscapularibus et circumflexis). Hae ubi incipiunt ramescere, jugulares, σφαγίτιδες, nominantur, ubi autem collum subeunt, in medio sui arteriam asperam recipiunt ac tendunt ad aures, qua maxillae capiti commissae sunt (ven. jugulares et arter. carotides). Ab eo loco rursus quadripartitae sunt: una reflexa, per collum atque humerum descendit, et cum priore venae ramo ad brachii curvaturam conjungitur (vena vertebralis?); altera autem in manu ad digitos terminatur; tertia ab utroque aurium loco cerebri membranam penetrat, ibique in parvas et minutas venas spargitur (art. meningea [media]); ab hac vena reliqui proficiscuntur rami: alii caput circumplectuntur (art. et ven. occipitales), alii tenues ad loca sensibus destinata et ad dentes ipsos desinunt[1]).

II. Cursus venarum in corporis inferiore parte.

a) venae magnae.

Infra cor vena magna transmeat septum transversum, cohaeretque tum aortae tum spinae meatibus membranaceis atque laxis. Hinc tendit una brevis vena sed lata per hepatis illam partem, quae portae, πύλαι, nominatur[2]), ac multas tenues in hepar intentas mittit (vena

---

[1]) h. an. l. c. §. 6. 7. 8. cf. ib. I, 14 §. 3.

[2]) ib. c. 4 §. 11. I, 14 §. 6. Paene recte describit Aristoteles funiculum umbilicalem, ὀμφαλός, ib. VII, 7 §. 3: putamen, κέλυφος, circa venas, numero quatuor, iis animalibus, quibus acetabula, κοτυληδόνες, a matrice ortas, quarum alterum par in foetum per hepatis portas [quas *Plato* quoque cognovit Tim. p. 390] ad magnam venam, alterum ad aortam tendit, utrumque vero membrana obtegitur: circum has membranas umbilicus (involucrum) est, tanquam caliculus, ἔλυτρον. cf. de gen. an. II, 4 p. 217,5.

portarum). Ab hac per jecur tendente duo proficiscuntur rami, quorum alter in septum transversum desinit (ven. phrenit. infer. cum art. phrenit.), alter reflexus ad brachium dextrum currit. A laeva ejus parte vena in lien, aequalis, quam illa in hepar, conditionis, vergit, cum ramo ad sinistrum brachium ascendente. Aliae in omentum, pancream, multae per mesenterium; quae omnes in unam magnam venam desinunt, quae juxta totum intestinum ac ventriculum ad gulam porrigitur, usque ad renes pone aortam pervenit, ubi velut in litteram λ bipartitur [1]).

b) a o r t a e.

Aorta, in principio admodum cava, in progressu angustior fit et nervosior. Ad intestinum mittit parvulas venas, angustas et fibrosas, nullas ad jecur ac lien, unam ad utrumque femur, in os ipsum indutam. Tum de aorta, tum de vena magna feruntur ad renes venae, quae in ipsorum renum corpus absumuntur (ven. renalis). Ex aorta duo meatus robusti atque continui, e mediis renibus alii, in vesicam demittuntur (ureteres). E renibus mediis vena nervosa et cava ante spinam. Hae primum in utrumque natem subeunt, dein rursus exeunt juxta nates extentae, in vesicam et genitale masculorum, feminarum vulvulas desinunt. Ab aorta sola magnae et frequentes deducuntur ad uterum (art. spermat. et uterin.). De aorta et vena magna multae feruntur partim in inguina, dein per crura in pedes ac digitos, partim per inguina et coxas delatae, permutant invicem tractus rationem. A sinistra enim parte in dextram, a dextra in sinistram, ad poplites vergunt, et cum aliis venis conjunguntur [2]).

---

[1]) l. c. §. 2. 3.

[2]) ib. §. 4. 5. 6. cf. I, 14 §. 6. 7. 8.

Quoniam totum corpus sanguine eget, propter quem, qui sine vena esse non potest, venae generatae sunt: hae per totum disperguntur, uti rivoli in hortis rigandis[1]). Venae continuae sunt, neque quaepiam invenitur singula, quae sanguinem conservare non posset, quod calor solus, qui ab origine fluit, ut sanguis non gelet, efficit[2]). Sed ex amplioribus in minores subinde ita procedunt, ut, meatibus sanguinis crassitudine angustatis, huic exitus non pateat, sane autem vaporis humidi excremento, sudori, sed vel huic tantum, si majore calefactione venulae aperiuntur. Quoniam autem totum animalium sanguine praeditorum corpus in duas divisum est partes, venae quoque bipartitae exstant, itaque vena magna in anteriora discurrens aorta ad posteriora fluente est praestantior. Mutant autem juxta bifidam crurum partitionem vices, quod implexae arctius copulantur[3]). Pulsatione vero sempiterna venas quoque moveri simul ac cor, ex quo pendeant, jam antea annotavimus, ejusque rationem et causam descripsimus[4]).

Additamentum VIII.

Plato de venis: — prius earum fontem originemque cor praenuntiavit[5]), postea vero[6]) cursum ita describit: Dii meatus in corpore nostro, velut in horto aquaeductus, diduxerunt, ut liquore irrigaretur. Primum duas venas occultas sub cutis et carnis conflatione in tergo diviserunt, secundum corporis figuram geminam, ad dextram

[1]) p. an. III, 5 p. 64,15. 20. 22. p. 65,11. de gen. an. II, 6 p. 223,4.

[2]) ib. II, 9 p. 35.

[3]) ib. III, 5. p. 64,8. 65,14. 66,3.

[4]) cf. cap. VI vit. et mor. c. 2 p. 85,19 [vulgo de resp. c. 20.]

[5]) Tim. p. 387. cf. *Galen.* de pl. Hipp. et Pl. VI, 8 p. 573.

[6]) ib. p. 403 sq.

tram et sinistram. Has ad spinam demiserunt, mediamque medullam genitalem [spinalem] comprehendere, quae quam maxime vigeat. Post haec venas circa caput fiderunt, easque invicem ex opposito implicaverunt, has a dextris ad sinistra, illas a sinistris ad dextra diducentes, ut capiti ad reliquum corpus una cum cute connexio foret, atque etiam ut sentiendi vis ab utrisque partibus per totum corpus undique demanaret. — Intelligimus, Stagiritam nihil de magistri et antecessorum doctrina retinuisse, nisi mutuas venarum vices. Hîc adnotari liceat, quam facilis sit explicatu Praxagorae opinio, *νεῦρα* e venis oriri[1]), ex hac Aristotelis sententia, venarum extrema magis magisque angustiora et plane nervos fieri[2]).

Cap. VIII.

De sanguine.

§. 1.

De concoctionis instrumentis.

A. *Στόμα*, os.

Omnibus animalibus communis, qua cibus capitur, pars, intra maxillas, *σιαγόνα*, quarum pars anterior *γένειον*, posterior *γένυς* nominatur, continetur os, cujus usus et spirandi aëris, et litterarum pronuntiandarum, et cibi conficiendi, quod concoctionem faciliorem reddat, nullius autem ipsum concoctionis sit, a natura est constitutus[3]). Partes hae:

---

[1]) *Galen.* dogm. Hipp. et Pl. I, 7. [cf. supra c. V §. 1.]

[2]) Non recte factum esse mihi videtur, quod in *Heckeri* hist. art. med. T. I *Praxagorae* doctrina ante, quam *Aristotelis* sententiae, exponatur.

[3]) h. an. I, 2. p. an. III, 1 p. 52,5. ib. II, 3.

a. *χείλη*, labra, ex carne bene mobili, homini mollia, agilia, et dentium tuendorum et literas quasdam exprimendi causa data[1]).

b. *ὑπερῴα, οὐρανός*, palatum, cui subjacet

c. *γλῶσσα*, lingua, inferiori maxillae annexa, caro rara et fungosa, mollissima, lata et absoluta, fissura quadam distincta, ita homini bene constructa, ut et literas nonnullas efferat et gustum sentiat, qui tactus genus est. Nam dum cibos deglutimus, saporum sensum movet lingua, qui sensus potissimum mucroni inest[2]).

d. *ὀδόντες*, dentes, circumdati gingiva, *οὖλον*, in maxillis fundati, ossium quidem, quae in prima formatione gignuntur, natura gaudent, quodcirca hominum quoque nigrorum dentes candent, tamen postea generantur et denuo proferri possunt. Ossa tangunt, quibus tamen non sunt conjuncti. Differunt inter se primores (incisores), *πρόσθιοι*, acuti, ut secent, maxillares (molares) *γόμφιοι*, illis majores, lati, qui molant, canini, *κυνοδόντες*, mediocres, partim acuti, partim lati. Sunt maribus plures quam femellis. Dentium munus est secandi ac mordendi et literas quasdam pronuntiandi, quo funguntur maxime primores[3]).

e. *ἐπίγλωττις*, ligula, v. cap. IX.

f. *παρίσθμια*, tonsillae.

g. *σταφυλοφόρον, κίων ἐπίφλεβος*, uvigera, quae inflammata *σταφυλή*, uvula nominatur[4]).

---

1) h. an. I, 9 §. 6. p. an. II, 16 p. 47.

2) h. an. l. c. §. 7. p. an. II, 17. c. 10 p. 40,17. IV, 11 p. 114,5. h. an. IV, 8 §. 3 cf. introd. anat. c. 58.

3) h. an. l. c. et III, 7 §. 3. 8 §. 2. — gen. an. II, 6 p. 228,27. — p. an. III, 1. cf. h. an. II, 3 §. 11. gen. an. V, 8 p. 324,24. — h. an. II, 3 §. 12. cf. p. an. l. l. p. 51,16. — p. an. l. l. et IV, 11 p. 115, 25. gen. an. l. l., ubi multa asserit de generatione dentium cf. introd. anat. cap. 57.

4) h. an. I, 9. §. 6. 7.

h. *φάρυγξ*, fauces, v. cap. IX.

B. *Οἰσοφαγός, ςόμαχος*, gula[1]).

Gula, ad os superne appensa, sita in collo, *αὐχήν*, post laryngem primum, dein post arteriam (asperam), ante spinam, quibuscum conjuncta est membranaceis vinculis, per praecordia ad ventriculum descendit. Gulae natura carnea est, quae mollis sit, cedat, nec cibi descendentis asperitate laedatur, quaeque in longum et in latum distendi possit, nervosa quoque, ut extendatur. Ejus officium, cibum et potum devorandi, nihil quidem ad cibum concoquendum parat, quamobrem venter con-

---

[1]) Utroque nomine utitur Aristoteles, et quidem observari licet, in libris de hist. an. saepius *ςόμαχος*, e. g. I, 10 §. 1. 13 §. 9. II, 11 §. 2. 12 §. 3 sq. IV, 2 §. 10. 3 §. 3. 4 §. 9. [tamen *οἰσοφ.* I, 13 §. 5. ubi nomen [*οἴσω, φαγεῖν*] ita explicat: *ἔχων τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τοῦ μήκους καὶ τῆς ςενότητος*, sed hic esse addendum *ἰσθμός* sive *ςόμαχος*, bene affirmat *Schneid.* an. ad loc. p. 49.] in libris de part. an. contra saepius *οἰσοφαγός*, e. g. III, 3. 14 p 79,1. IV, 11 et saepissime, [tamen *ςόμ.* III, 14. IV, 5.] *Galenum* autem scribentem, de loc. aff. 5,5, Aristotelem *οἰσοφ.* semper dixisse, corrigit *Mercurialis* var. lect. I, 1. Attamen ex illo constat, *οἰσοφ.* esse antiquius quam *ςόμ.* Quod nobis etiam *Hippocrates* affirmare potest, qui *ςόμαχος* in generali significatione initii angustioris caveae cujusdam, quae tum latior fit, adhibet, ita *ςόμαχ. τῆς κύςεως* de aëre p. 286,10. *τοῦ αἰδοίου* de mul. l. I p. 604,25 et a. l. Caeterum Hippocrati non plane idem utraque vox significat, sed *ςόμαχος* potius illam inferiorem partem, quae ad ventriculum pertinet, de resect. p. 916, B. ita, ut postea os quoque ventriculi (*καρδία* et *προκαρδία* nominatum v. Ruf. Ephes. p. 30.) appellaretur *ςόμαχος*, ad quem usum *Arctaeus* annuit in excellentissima descriptione spasmi ventriculi, (quem intellectum credo), morbi *τῶν ςομαχικῶν* caus. et cur. diut. ll. II. capp. VI, usum, quem *Galenus* acerbe vituperat e. g. comm. ad aph. 56 S. 7 p. 324, E. *Chart.* Paullatim autem *ςόμαχος*, gula, usitatior fiebat: *Aretaeo* ipsi *ςόμαχος* est *τῆς τροφῆς ἡγεμών*, cur. diut. I, 13 p. 127 D. *Rufo* appell. l. I p. 37 II p. 57. *Galeno* us. part. XII, 8. XVI, 10. p. 317 K. et innumeris a. l. *Celso* e. g. 4,1. 6. Caeteris Latinis stomachus ventriculum falso modo significat. cf. Oec. Hipp. *Foës.* v. *ςόμαχος.*

tinuo ab oris situ esse posset, tamen esculentorum suavitatem quandam producit[1]).

C. *Κοιλία*, ventriculus[2]).

---

[1]) h. an. I, 10 §. 1. 13 §. 9. p. an. III, 3. IV, 11 p. 114,8. cf. introd. anat. c. 44.

[2]) Nomen κοιλία in veterum anatomia, quae significationum firmitate admodum caret, sensum tam saepe mutat, ut mihi indulgeatur, quod ejus historiam hîc breviter percurram. Omnem corporis partem cavam Graecus κοιλίαν nominavit, v. *Philotheus* ad. S. I aph. 15. Ita *Hipp.* κοιλίαι de omnibus caveis, de aëre p. 281,20. [cf. *Sprengel* Apolog. d. Hipp. T. II p. 527.] Mox abdominì nomen κοιλία tribuebatur, ubi nonnullos κοιλία cum aut sine articulo distinguere voluisse tradit *Galenus* ad aph. 20 S. VI p. 259 D. *Chart.*, *Henisch* in adnot. ad suam Aretaei editionem tit. κοιλ., quod usu non probatur. Sed non solum abdomen, sed etiam thoracem complexa est haec vox, e. g. de ulcer. p. 870, A et E et *Gal.* ad l. Ut autem distinguatur utrumque, nominabant thoracem τὴν ἄνω κοιλίαν, abdomen τὴν κάτω κοιλίαν, [saepe κοιλ. omittitur e. g. 3. Aph. 4 S. 4.] ut Galenus nos docet in comm. ad aph. 38 S. 7 p. 312 A Ch. et a. l.; sic Hipp. de morb. l. I p. 447, 46, si verba comparamus cum p. 451,11. Quae distinctio non diu retinebatur, sed mox ventriculus cum intestini tenuis superiore parte ἡ ἄνω κ., inferior et intestinum crassum ἡ κάτω κ. nuncupabatur. Ita Aretaeus cur. diut. l II c. 13 veratro albo κάθαρσιν τῆς ἄνω κοιλίης, vomitum, qui in ventriculo fiat et duodeno, nigro κάθ. τ. κάτω κ. purgationem adscribit. *Κοιλία* denique ventriculo soli tribuebatur, v. *Gal.* Def. med. n. 53, aph. 18 S. 6 et ann. ad l. p. 258 Ch. Aret. de caus. et cur. diut. ll. II. cc. 7. σπλάγχνον πεπτήριον et m. l. Ruf. l. I p. 31. [*Erotianus* exponit κοιλίαν ita: πᾶσα ἡ ὑπὸ τὸ διάφραγμα εὐρυχωρία, καὶ ἡ τοῦ θώρακος δὲ ἐνίοτε, καὶ ἡ γαστὴρ αὐτὴ καὶ ἡ τῶν ἑλκῶν κοιλότης. Ultima verba τ. ἑλκ. κοιλ. condamnat acerbe et *Gorraeus* Def. med. v. κοιλ. et *Foësius* Oec. Hipp., qui loco τῶν ἑλκῶν legi vult τῶν ἐντέρων, sed invenimus Hipp. de ulcer. p. 874,3: ἐπὶ παντὶ ἕλκει, ὅ, τι ἂν κοιλίην ἔχῃ, πρὸς τὸ ἰθὺ καταφανέα ἰδεῖν κ. τ. λ. Itaque Erotiani, qui ad hunc locum fortasse respexit, textus nulla eget emendatione]. Quod autem ad Aristotelem attinet, prima illa verbi significatio apud eum quoque invenitur, e. g. oris h. an. IV, 2 §. 10 cordis I, 14 §. 1 et a. l. Thoracem vero numquam hoc verbo amplectitur, quum contra θώρακα nominaret totum truncum a collo usque ad genitalia h. an. I, 7. 10 §. 3. sive ad excrementi exitum p. an. IV, 10 p. 105,4, quod item fit apud *Platonem* Tim. p. 387, *Rufum* I p. 23. Introd. anat. c. 31. Ipse autem omnia concoctionis instrumenta simul κοιλίαν nominat. Quanquam enim ait: „ἐς ὃ δέχεται

Ventriculus, simplex, homini unicus, latus, neque intestino major, intus laevis, sub diaphragmate situs, ossibus non inclusus, ne haec impedimento sint tumori, qui per cibum ingestum exurgat, neve in feminis incremento partuum obstent, cibum accipit. Neque ejus officium latet: est propter hunc cibum concoquendum[1]).

D. Intestina, τὰ ἔντερα[2]).

1) Ventriculo annectuntur intestina, quorum pars superior simplex est, flexuosa, angustior, inferior lata[3]). A ventriculo[4]) enim angustius descendit intestinum usque

---

ἡ τροφή, κοιλία", h. an. I, 2 §. 1, tamen ibidem „κοιλία — τὸ τῆς ξηρᾶς περιττώσεως δεκτικὸν μόριον" exponitur. Ita enim distinguit: ἡ ἄνω κοιλ. ventriculus et duodenum, ἡ κάτω κοιλ. ab ileo inde, μεταξὺ est jejunum, νῆστις p. an. III, 14; sive: sicci excrementi locus ἡ κάτω κοιλ., humidi κύστις, utilis ἡ ἄνω κ. gen. an. I, 18 p. 184,5. Totum abdomen Aristoteles τὸν περὶ τὴν κοιλίαν τόπον nominare solet, e. g. p. an. IV, 10. p. 110,3.

[1]) h. an. I, 2 §. 1. 13 §. 9. II, 12 §. 5. 7. III, 7 §. 4. p. an. II, 9 p. 36,1. III, 14. IV, 10 p. 110,3. cf. introd. anat. c. 21.

[2]) Jam commemoravimus, Aristotelem saepe intestina verbo κοιλία intellexisse. Hic tantum annotare velim, quid illi sit εὐθυέντερον, nimirum intestina, quae, non flexuosa, statim ad exitum a ventriculo abeunt. Quod probatur sententia saepe repetita, animalia, quibus talia sint, propter celeritatem ciborum abeuntium, mox iterum cibos capessere cogi. h. an. II, 12 §. 8. p. an. III, 14 p. 80,1. gen. an. I, 4 p. 166,6.

[3]) h. an. I, 13 §. 9, ubi ab intestini inferiore parte (ἡ κάτω κ.) separat int. rectum, τὸ ἀπὸ ταύτης πρὸς τὴν ἕδραν παχὺ καὶ βραχύ.

[4]) Saepe commemorat Aristoteles appendices quasdam ventriculi ἀποφύαδας τῆς κοιλίας s. ἐντερικὰς κάτω, e. g. h. an. II, 12 §. 8. 14. p. an. III, 14, quas praesertim avibus, piscibus, sed viviparis quoque nonnullis adscribit, ut in iis quasi lacunis cibum conditum macerent atque concoquant. Nihil afferunt lucis *Hippocratis* ἀποφύαδες, utpote ossium partes extuberantes, nat. oss. p. 277,21, ita, ut, quid his intellexerit Noster, non sciremus, nisi etiam *Galenus* de iis loquutus esset, qui de *Herophilo* art. diss. c. 1 p. 781 K: „ὀνομάζει, inquit, δ' ἔκφυσιν τὴν ἀρχὴν τοῦ ἐντέρου πρὶν εἰς ἕλικας ἑλίττεσθαι, nisique introductionis anatomicae auctor anonymus, Aristotelis dilacerator imitatorque, duodenum, τὸ δωδεκαδάκτυλον, nominaret τὴν γαστρὸς εἰς τὰ ἔντερα ἔκφυσιν [cap. 11.] Quod autem Herophili et Anonymi ἐκφύ-

ad illam partem mediam, quae jejunum, *νῆστις*, nominatur, ad int. autem tenue adnumeratur, (qua Aristoteles sitim effici putat[1]). Sed amplius tendunt quae colum, *κῶλον*, et caecum, *τυφλόν*, nominantur. A colo iterum angustius fit intestinum, ac desinit in rectum, *ἀρχόν*, exitum alimenti, versus podicem, *πρωκτός*. Cibus in ventriculo crudus recensque, in jejuno mutatur concoctione, cujus excrementa supervacua inferiores partes educunt, quae iterum arctantur, ne excrementi nimius sit exitus[2]).

2) *ἐπίπλοον*, omentum, membrana pinguis, adiposa sevosave, pendet ab illa ventriculi medii parte, quae saturae quasi vestigio [ut cor] distincta est, et hanc ipsam simul atque intestina complectitur, non totum quidem ventriculum, quoniam jecur caeteram ejus partem obtegit. Omentum enim calore, quem propter pinguem naturam possidet, multum ad faciliorem concoctionem contribuit[3]).

3) *μεσέντερον*, mesenterium, membrana lata atque pinguis, supra totum intestinorum tenorem tendit usque ad aortam et venam magnam, a quibus ad intestina multae et validae venae vergunt, et a summo usque ad imum permeant. Quoniam enim necesse est, alimenta inducta in talem materiam mutari, qualis in totum corpus digeratur, nempe in sanguinem: hac venae, quarum tanquam radices in lactibus sunt, alimenta abducunt a ventre[4]).

σεις eaedem sint quam Aristotelis *ἀποφυάδες*, probat ipse, qui nonnumquam *ἐκφυάδες* dicit. [e. g. p. an. l. l.]

1) juvent. c. 6.

2) h. an. II, 12 §. 5. III, 11 §. 2. p. an. III, 14. cf. introd. anat. c. 11.

3) h. an. I, 13 §. 10. p. an. IV, 3 cf. introd. anat. c. 10.

4) h. an. l. l. p. an. l. l. c. 4. cf. II, 3 p. 26,1 de vit. et mort. c. 2. introd. anat. c. 12.

Additamentum IX.

Plato de intestinis: — Cibi potusque in nobis intemperantiam propter voluptatem futuram cognoscentes creatores Dii, ne mortale genus ita imperfectum statim desineret: inferiorem ventrem fabricarunt, esculentorum poculentorumque nimis abundorum receptaculum, atque intestinorum spiras, ne celeriter alimenta defluerent, novisque cibis corpus egeret. Propter hanc enim inexplebilem, perpetuamque voraginem genus nostrum, philosophiae nec non musicae expers, illi divinissimae in nobis parti minime obsecutum fuisset[1].

E. Σπλάγχνα, viscera.

1) in totum.

Omnia viscera ex sanguinea composita sunt materia, quia, ad meatus et intercapedines venarum posita, veluti sanguinis per venas recentis profusiones sunt, excepto corde, quod, quum sanguinis procreandi vim possideat, per se jam ex illo consistere necesse est; quamobrem colorem sanguineum sibi viscera attrahunt, sanguinisque peculiaria sunt, quanquam in corde solo sanguis sine venis stagnat. Omnia viscera conteguntur membrana densa, ut arceat, tenui, ut nihil ponderis afferat, carnis carente, ne humorem trahat neve habeat, qua illaesa ea servantur, quae protegmine opus sunt. Viscera, nuper editis cruentiora, bipartita propter corporis dispositionem bipartitam, quanquam nonnulla talia non esse videri possunt. Praeter singulam visceris cujusque utilitatem, communem praebent omnia, qua venae, utpote quae pensiles, sustineri et viscerum copula stabiliri ad corpus possunt. Ita, quasi anchorae per partes deductae, jaciuntur vena magna jecinore et liene, eadem et aorta renibus[2].

---

1) Tim. p. 393.

2) p. an. II, 1 fin. IV, 5. 6 p. 29,5. III, 4. IV, 15. — h. an. III, 11 §. 1. p. an. III, 11. p. an. III, 4. 7 init.

2) Singula.

a. cor, v. c. VI.

b. venae, v. c. VII.

c. pulmo, v. c. IX.

d. Septum transversum, *διάζωμα, ὑπόζωμα, φρένες*[1]).

Cor et pulmonem a ceteris visceribus separat septum transversum, cujus pars carnosior ac validior costis, hypochondriis spinaeque annectitur, cujus autem medius tractus tenuis extat ac membranaceus, per quem venae tendunt. Ut cordis sedem a ventre dirimat, ut hanc sentientis animae originem liberam neque offensam a cibi exhalatione tueatur, ut adventitii caloris copiam coarceat, omnino ut nobiliora h. e. superiora, ab ignobilioribus, h. e. inferioribus distinguat, paratum est a natura septum transversum. [Risus in tenui septi transversi membrana nimium calefacta sedem habet[2]).]

e. Jecur, *ἧπαρ*.

Jecur sub septo transverso in dextris, ad ventriculi eam partem, quae post omentum est, situm; rotundum; cum aorta nullo modo conjunctum; venae contra magnae appensum, a qua vena per hepatis portas sic dictas transmeat; nulla autem vena ex eo ipso proficiscitur[3]),

---

[1]) Vocem *διάφραγμα* apud *Aristotelem* non inveni. Causam, ob quam S. tr. nominetur *φρένες*, ipse tradit, quasi particeps sit illud prudentiae, *τοῦ φρονεῖν*, p. an. III, 10 p. 74, 25. Apud *Hippocratem* *φρένες* saepius reperitur, sed etiam *φραγμὸς ὁ τῶν φρενῶν*, de flat. 299,24. Apud *Platonem* *αἱ φρένες διάφραγμα* Tim. p. 387. Apud *Aretaeum* *διάφραγμα* caus. acut. II, 11 p. 24 B, sed etiam *φρένες* caus. diut. I, 5 p. 29, C. Alia pars est *διάφραγμα τὸ κατὰ γαργαρεῶνα* Hipp. epid. II p. 1017, C v. *Foës.* Oec. Hipp., alia *διάφρ.* in naribus.

[2]) h. an. I, 14 §. 5 p. an. l. l. cf. introd. anat. c. 36.

[3]) h. an. ib. § 6. Quod hîc contenditur, contrarium videri potest illis, quae supra cap. VII, II, A. ex h. an. III, 4 §. 1 commemoravimus, sed hîc potius generaliter disputatur. Aristoteles enim neque errorem antecessorum commisit, e. g. *Diogenis Apolloniatae*, *Syennesis*,

quodcirca et quod locum principalem, i. e. medium, non tenet, sed lien tanquam ἀντίζυγος oppositus est, opinio de venarum principio in jecore falsa existimanda est, quamvis jecur, corde excepto, viscerum sit sanguine refertissimum[1]), ita, ut nullum animal sanguine praeditum desideret jecur[2]). Hepar ita bipartitum, ut major pars ad dextram, minor ad sinistram posita sit, colorem habet pallidiusculum. Inservit calore suo ad cibum celerius concoquendum, multumque ad temperiem sanitatemque corporis propter sanguinis copiam confert[3]). In hepate fel, χόλη, est, sed ut plurima animalia, sic etiam hominum aliquot fel in hepate habent, aliquot eo carent: iis in jecore, iis in intestinis, quibus non minus aptum videtur. Falso autem judicant, qui fel illam, quae in jecore sit sita, animae partem, mordendo excitare putant, vel qui fel sensus alicujus gratia adesse existimant[4]). Neque *Anaxagoras* recte fel morborum acutorum causam dictitavit. Fel enim purgamentum tantum sive excrementum sanguinis est. Quibus igitur et jecinoris et sanguinis conditio salubris, ii vel nullum fel habent, vel venulis inclusum. Quibus contraria est, iis fel, profecto materia inutilis, jecore continetur. Itaque fel non habere, longitudinem vitae efficit[5]).

Polybi, quorum vena ἡπατῖτις in renes et penem currit h. an. l. l. c. 2. §. 3. 5. 9, neque posteriorum, e. g. *Galeni,* qui saepissime multis verbis persuadere conatur, venas ex hepate, arterias e corde oriri v. c. us. part. XVI c. 14 dogm. Hipp. et Pt. I, 10 et a. m. l.

1) p. an. III, 4 p. 60, 23. c. 12 p. 77,1.

2) h. an. II, 11 §. 4 p. an. III, 4 p. 60,23. gen. an. IV, 4 p. 285,15.

3) p. an. III, 7 p. 68,16. 69,14. c. 12. p. 76,27. 77,2. cf. introd. anat. c. 18. 19.

4) Haec *Platonis* verba in Timaeo esse, nuntiat jam *Scholiastes* ad l. l. p. 131. v. Add. X.

5) p. an. IV c. 2 cf. introd. anat. c. 20.

f. Lien, σπλήν.

Sub septo transverso in sinistris situs, [quanquam prodigii modo loci cum hepate mutatio jam visa est], hepati oppositus, angustus, longus, ad ventriculum magnamque venam eodem modo appensus, quam hepar. Liene animalia, quorum tamen plurimis est, carere possunt, quoniam per accidens tantum necessarius est, ut alvi vesicaeque excrementa. Lien enim concoctionem adjuvat et calore suo, et humores abundantes e ventriculo attrahendo et concoquendo, utpote qui sanguineus sit[1]).

Additamentum X.

Plato de his disserit hoc modo: — Animae parte intelligente in capite [v. add. II,] parte fortitudinis iraeque participe in pectore inter collum et diaphragma posita [v. add. VII,] postremo Dii animae, quae cibos et potus et omnia, quibus corpus eget, cupit, tertiam speciem, cui neque opinio, ratio, nec mens ulla, sed sensus suavis et tristis una cum cupiditatibus inest, mediae regioni inter diaphragma et umbilicum applicavere. Nam ut hujus clamore et strepitu minime turbetur ratio consultrix, cui otium communi utilitati consulendi permitti necesse erat, hunc ordinem instituerunt[2]). Quoniam autem bene iis notum erat, hanc animae partem, a sensu quodam perpulsam, a simulacris visisque nocte dieque raptam, rationi minime obtemperaturam esse: idcirco jecur crearunt, in ejus domicilium disposuerunt, densum, laeve, lucidum, dulce, amaritudinis non expers. Atque

---

[1]) h. an. I, 14 §. 5. 6. II, 11 §. 4. 12 §. 4. p. an. III, 7. p. 69,18. c. 12. gen. an. l. l. cf. introd. anat. c. 17.

[2]) His ex verbis (Tim. p. 389.) et aliis *Galenus* Platoni subdit opinionem, ex ventriculo alimenta in jecur, ex jecore in cor ferri, quibus sententiam affirmat suam, venas ex jecore, arterias ex corde oriri. de plac. Hipp. et Pl. VI, 8 p. 576.

haec omnia hoc consilio: ut cogitationum vis, e ratione lata, in hepate, velut in speculo, quod figuras suscipit, et imagines, ut spectentur, reddit, recepta perterreat hanc tertiam animae speciem, quando cognata amaritudinis parte utens, totique jecori omnem acerbitatem admiscens, felleos colores ostendat, et contrahens totum rugosum et asperum reddat; ita lobum, ventriculum et portas partim ex recto statu deflectens et contorquens, partim obstruens et concludens, dolores detrimentaque praebeat; quando autem qua rationis mansuetudo contraria visa effingat, dulcedine hepati innata utatur, omnia recta, laevia, libera in ipso digerens. Ut demum hepar lucidum et purum, instar speculi perspicuum, ad imagines exprimendas accomodatum sit, lien in sinistris positus, quando jecur sordibus abundat, has combibit, quum concavus et exanguis sit. Unde purgamentis impletus, excrescit tumetque sanie, ac rursus, cum mundatum corpus est, restrictum in se ipsum considet[1].

g. Renes, *νέφροι.*

Sub jecore et liene siti sunt renes bipartiti, quorum dexter superior a jecore tangitur propter motum, qui e dextris partibus utique provenit, sed idem minus pinguis et siccior sinistro est. Renes enim inter omnia viscera pinguissimi sunt, quod tamen pingue non intra renes fit, quoniam densi sunt, sed eos circumdat (fascia renalis). Renes hominis, tanquam e multis parvis componuntur (renculi). Ferunt ad eos meatus a magna vena et aorta (art. et ven. renalis), qui in renum corpus absumuntur, neque in eorum veniunt sinus, in quibus namque sanguis neque invenitur [vivis], neque coagulatur [mortuis]. In medio utroque sinus cernitur parvus (pelvis renalis), ex quo unus ex utroque, tendit tubus validus,

---

[1]) Tim. p. 389 sq. 403. De tribus animi facultatibus cf. Plat. de rep. l. IV p. 362 sq.

exanguis ad vesicae collum (ureteres). Humoris enim excrementis ex venis ad renes latis, hoc sedimentum, per renum corpora ad medios sinus collectum, ducitur e sinibus per meatus laudatos in vesicam, quae de renibus pendet. Ad hunc finem adjuvat pingue, quod renes circumdat et carnis vice tuetur, et ex quo hi calorem, quo ad humorem concoquendum indigent, et quem ultimo loco positi maxime desiderant, accipiunt, quum omne pingue calidum sit. Saepe renes calculis, λίθοι, pannis, φύματα, et papulis, τυθιῆνες, referti cernuntur, quibus morbis jecur quoque, pulmo ac potissimum lien, cor autem propter vitae principatum nunquam laborat[1]).

h. Vesica, κύςις.

Postrema, circulo paene circumdatur tenuibus ac fibrosis membranis, quae tamen communi membranae natura carent, quum distendi possint; (ob quam membranaceam vesicae indolem Aristoteles vesicam inter similares computat partes[2]).) Est autem hominis vesica admodum magna. Vesicae collo, καῦλον, cui tubi appensi sunt renum, et quod desinit in urethram, οὐρήθρα, annectitur veretrum nervosum ae cartilaginosum, duobus pervium meatibus, quorum alter paullo inferne ad testes tendit, (ductus ejaculatorii ductuum deferentium, quos facile unum habere potuit), alter ad vesicam, qui duo in unum foramen externum (orificium ur.) coëunt. Ex aorta duo validi et continui meatus in vesicam ferunt. Vesica humidi est excrementi conceptaculum; urina exemta, salsugo quaedam, ἁλμυρίς, relinquitur, terrena et alba. Ita in vesica siccae concretiones fiunt, ex qui-

---

[1]) h. an. I, 14 §. 7. II, 12 §. 1. p. an. III, 9. III, 4 p. 63,11. cf. Introd. anat. c. 14.

[2]) h. an. l. c. §. 8. p. an. II, 9. p. 37,17 et 22.

bus calculi morbos efficiunt, aliis ejusmodi materia consistit, quae nihil a testacea differre videtur[1]).

§. 2.

De sanguinis praeparatione s. concoctione.

Concoctionis instrumentis descriptis, restat, ut nonnullis de ea ipsa quaestionibus respondeamus: locis enim, quibus alimenta, in ore secata, per gulam demissa concoquantur, recensitis, nimirum ventriculo, intestino tenui et jejunio, quid sit haec concoctio, interrogamus. *Concoctio*, *πέψις*, victoria est caliditatis de humidis et siccis. Quum enim quatuor existent elementa naturalia et quatuor eorum facultates: caliditas et frigiditas, humiditas et siccitas: harum primum par activum, *ποιητικόν*, alterum passivum, *παθητικόν*, illud determinans, copulans, transmutans, hoc determinatum et terminabile est[2]). Concoctio igitur calidi naturalis est peractio, quae ex illis passivis ultimum praeparat alimentum. Incoctio autem eorum imperfectio propter caloris inopiam, itaque appositorum passivorum materiae conditio, qualis propria et naturalis unaquaeque. Et concoctionis et inconcoctionis genera sunt tria: marturatio, *πέπανσις*, alimenti in fructibus concoctio, ut perfecta sint semina, cujus contrarium cruditas, *ὠμότης*, interminatae humiditatis in fructu incoctio, quae propter calidi naturalis inopiam et malam rationem erga humidum maturandum accidit; elixatio, *ἕψησις*, interminatae humiditatis concoctio per humidum calidum: contrarium *μόλυν-*

---

[1]) h. an. I, 2 §. 2. 14 §. 7. 9. III, 3 §. 5. gen. an. I, 18 p. 184,5. p. an. IV, 1. h. an. III, 11 §. 3. cf. introd. anat. c. 15. 16.

[2]) *Galenus* annotat, Aristotelem primum fuisse, qui calidum et frigidum activa, siccum et humidum passiva statuerit, singularumque actionum causas ad haec principia reducere conatus sit. de nat. facult. I, 3 p. 8.

σις, propter frigiditatis multitudinem vel in humido, quo concoquitur, vel in eo, quod concoquitur; assatio, ὄπτησις, concoctio per caliditatem siccam, ut per ignem: contrarium tostio, ςάτευσις, vel propter paucitatem ignis externi, vel propter humidi abundantiam in eo, quod assatur. Quanquam ultima duo genera potius artis sunt, tamen pro sua natura eadem species universaliter[1]). — Secundam interrogationem, quid demum ex concoctis alimentis praeparetur? dissolvit Noster facile et perlucide: Concoctione, quae utilia ab inutilibus discernit[2]), peracta, sanguis producitur, ultimum corporis alimentum. Quamobrem quoties cibus non ingeritur, sanguis deficit: quoties ingeritur, hic augetur; alimentis bonis assumtis, sanguis integer, pravis, vitiosus habetur. Adest etiam aliquid, quo, ut plantae radicibus, cibus in ventriculo intestinisque concoctus educatur, ut finis concoctioni ponatur: venae nempe e toto intestinorum tractu per mesenterium tendunt[3]). Quid relictum est? Quaestio, ubi materia concocta in sanguinem vertatur. Jurene dicendum est, quod *Sprengelius* de Aristotele edidit: «Wo das Blut bereitet werde, scheint damals noch nicht untersucht zu sein[4])»? Non ita est. In seriore libro de respiratione haec leguntur: „Humor ex alimento praeparatus semper affluit ad cor, in quo ex illo sanguis caliditate hujus loci nativa perficitur, ita ut hoc in processu ille semper tumescat et pulsum cordis efficiat, qui humidi calefacti inflatio est. Quae eo probantur, quod cor in prima generatione, venis nondum distinctis, sanguinem continere videtur[5]).» Haec sententia in prioribus quoque scriptis,

---

1) Meteorol. IV, 1. 2. 3. cf. de gen. an. III, 2 p. 246,5. IV, 1 p. 273,14. V, 6 p. 319,4. de respir. c. 8.

2) p. an. II, 3. cf. gen. an. IV, 6. p. 294,23.

3) p. an. II, 3 p. 25,25. 26,5. 4) T. I Abschn. IV §. 22 p. 463.

5) de vit. et mort. c. 2 p. 85,10 (vulgo resp. XX.)

quamvis obscure, exponitur. Ita: «in corde primum gignitur sanguis, atque adeo prius quam corpus dearticuletur[1].» «Cor origo et fons sanguinis et primum conceptaculum est; ex corde derivatur sanguis in venas[2].» Humorem, nondum in sanguinem mutatum, Aristoteles ἰχώρ nominare videtur, ita ut duo ichoris genera agnoscat, quum dicat: «concoctus sanguis fit ex sanie,» et: «ἰχώρ est sanguis incoctus aut quia nondum percoctus aut quod in seri modum dilutus fuerit,» quam saniem aquosam sanguinis partem nuncupat[3]), et corruptam ὀῤῥός appellat[4]). [*Plato* Tim p. 416: ἰχώρ, ὁ μὲν αἵματος ὀῤῥός].

§. 3.

De sanguine.

Sanguis non adventitius est humor, sed inest corpori ob principia a natura subministrata, in corpore vivo suapte natura liquidus et calidus, ruber et dulcis in sano. Ne sanguis gelet, calor ab origine profluens prohibet. Sanguis enim continet fibras, tanquam fomenta, quibus exemtis, ille nunquam concrescit. Sanguine igitur e corpore sumto, calor una cum humiditate effugit, frigusque congelationem propter fibras efficit terrenas et solidas[5]). Palpitat sanguis in venis, quae de corde pendent. Vis sentiendi ulli parti exangui non data est, ipse autem sensu caret, tactumque non sentit, uti neque alvi excrementum, nec cerebrum nec medulla. Immo sanguinis calidioris agitatio sensuum officium intercipit et re-

---

1) h. an. III, 14 §. 3 et 5. 2) p. an. III, 14 p. 60,8.

3) ib. II, 4 p. 27,23.

4) h. an. III, 16 §. 2. De ichore veterum conscripsit multa Mercurialis var. lect. IV, 12 p. 91 sq.

5) h. an. III, 14 §. 1. 2. cf. p. an. IV, 2 p. 84,22. — p. an. II, 4. 9. h. an. l. l. c. 6. Meteorol. IV, 7. p. 102,19. c. 10 p. 112,18.

fringit, quodcirca visus, auditus et olfactus capiti sunt mandati, propter puriorem hac in parte sanguinem, qui tenuior et frigidior omnem sentiendi et intelligendi vim planiorem reddit[1]). — Hominis sanguis est tenuissimus et purissimus, in inferioribus crassior quam in superioribus partibus; feminarum virili crassior ac nigrior; infantium dilutior et largior; senum crassus, niger, paucus. Mulieribus, quae in summo corpore minus, intus plus sanguinis habent, omnibus menstrua fluunt, quae vitiata profluvia, ῥοῦς, nominantur. Si sanguis nimis eliquescit, in cruorem sevosum abit, si putrefit, in pus, ex quo callum, πῶρος[2]).

Additamentum XI.

Plato de concoctione et sanguine: — Venter cibos et potus ingestos retinere, ignem autem et spiritum, ejus compositione tenuiores, non potest. His igitur Deus ad venarum irrigationem e ventre perficiendam usus est. Rete enim ex aëre et igne, instar nassae contexuit, cui duae gibbae sunt ad introitum. Interiora igitur vanni omnia ex igne composuit, gibbas et receptaculum ex aëre, quae hoc modo in animali disposuit: Gibbarum, quarum duae bipartitae sunt, alteram in os demisit partim per arterias [asperas] in pulmonem, partim in ventriculum, alterius utramque partem ad fistulas narium duxit. Reliquum nassae receptaculum circa partes corporis concavas induit[3]). Hoc igne cibi dividuntur, et quum ille spiritu subsequuto elevatur, hac elevatione venae a ventre replentur, quam ob rationem per totum animalis corpus alimentorum liquores diffunduntur. Nominamus eos,

---

[1]) h. an. l. c. §. 1. p. an. II, 2. 3. 7. 10. IV, 10. Falso igitur contendit *Pollux*, Aristotelem posuisse mentem in sanguine. Onom. 2,226.

[2]) h. an. l. c. §. 3. 4. 5. p. an. II, 2 p. 20,18.

[3]) Tim. p. 405 sq.

eos, qui colore rubro gaudent, sanguinem, carnis et universi corporis pabulum, ignis partiti et abstersi in humido naturam. Impletionis autem evacuationisque modus idem est quam cujuslibet latio in Universo, per quam cognatum ad se ipsum fertur. Quae enim extrinsecus nos circumdant, assidue nos resolvunt, et singula aequalis generis desumta distribuunt cuique speciei. Sanguinea igitur in nobis attrita quum ad cognatum feruntur, exhausta implent[1]). In sanguinem autem fibrae, ἶνες, sparsae sunt ideo, ut tenuitatis et crassitudinis mediocritate gaudeat sanguis, neve propter caliditatem lubricus ex raro corpore defluat, neve propter crassitudinem difficiliter in vena moveatur. Quam conditionem fibrae tantopere servant, ut, si quis vel mortui et frigidi sanguinis fibras contrahat, omnis sanguis reliquus diffundatur, si remittat, celeriter cum frigore circumdante restringuantur[2]).

Cap. IX.

De respiratione.

§. 1.

De instrumentis respirationis.

a. Nasus, ῥίς, μυκτῆρες.

Nasus, faciei pars, mobilis, in duos meatus, ὀχέτευμα, vacuos divisa intersepto, διάφραγμα, cartilagine. Respiratio sine naso fieri non potest, quoniam aër a pectore per gurgulionem trahitur et redditur. Itidem sternutamentum, spiritus copiosi exitus, hac parte fit, et olfactus subministratur. Propter quae munera, quia spirandi membrum tenet medium locum, nares in medio trium sensuum natura constituit velut perpendiculum[3]).

---

1) ib. 410 sq. 2) ib. p. 421.
3) h. an. I, 9 §. 4. p. an. II, 10.

b. Os, *ςόμα.*

Oris, cujus partes respirationi quoque perficiendae officia praestant, descriptionem in praecedente capite legisti.

c. Ligula, *ἐπιγλωττίς.*

Inter foramina, quae de naribus ad os pertinent, epiglottis cernitur supra arteriam asperam. Conjuncta est cum postrema linguae parte ita, ut arteriae ostiolum, quod ad os patet, operire queat. Tanquam operculum igitur arteriae, superponitur epiglottis, si cibum deglutimus, attollitur, cibo transmisso, ut spiritum refrigerantem suscipiamus. Ita epiglottis impedit, ne in arteriam pulmonemque ingrediatur cibus, quo vel sicco vel humido illapso, suffocationes, tormina et tusses vehementes excitantur[1]).

d. Guttur, *λάρυγξ, φάρυγξ*[2]).

Colli pars anterior, cartilaginosae naturae, linguae postremae parti adhaerens, ad superam partem, versus os e foraminum, quae ad os de naribus vergunt, regione posita, guttur et spiritus et vocis causa datum est. Cartilaginosum propter vocem emittendam, ante gulam positum, quoniam pulmo et cor nobilitatis gratia anteriorem tenent locum, guttur potum admittere, qui putant, plane errant,

---

1) h. an. I, 9 §. 7. 13 §. 6. respir. c. 4 p. 78. [vulgo c. 11.] p. an. III, 3.

2) *Hippocrates* utroque nomine diversum partem intellexisse videtur, quum dicat: *φάρυγξ καὶ ςόμαχος, λάρυγξ καὶ ἀρτηρίη.* oss. nat. p. 274,10 v. Oec. Hipp. Aristoteles autem utraque voce utitur de una eademque parte, cf. h. an. I, 10 §. 1. IV, 9 §. 1. p. an. III, 3. de anima II, 8 p. 39,23. nimirum non faucium cavitatem, sed laryngis nostrae partes cartilaginosas intelligens. Fauces, pharyngem nostram, nominare videtur *αὐλὸν ὁ περὶ τὸν γαργαρεῶνα,* quem ita describit: „qua extremum oris palatum comperforatis naribus procedit.“ De resp. c. 3 p. 73,21 [vulgo c. 7.] h. an. I, 9 §. 4. cf. *Schneider* ann. ad *Theoph.* de caus. plant. VI, 9 §. 3. T. IV p. 471.

quum neque meatus quidam a pulmone ad ventrem tendat, neque unde humor per vomitum removeatur, incertum sit, neque humor continuo colligatur in vesicam, sed prius in ventriculum[1]).

e. Arteria aspera, ἀρτηρία.

Omnia de gutture dicta, de arteria quoque dicenda sunt, per quam aër attrahitur et redditur, voxque editur. Cartilaginosa enim, multis venis tenuibus ac pauco sanguine refertis circumdata, in duas sese dividit partes, in bipartitum pulmonem tendit, atque in medium descendit. Inflata igitur arteria, spiritus in cavas pulmonis partes redundat, ubi cartilaginei tubuli agnati habentur, continuo tractu angustiores, majores a minoribus accepti. Tum aortae venaeque magnae tum cordi conjuncta est ligamentis pinguibus, cartilagineis et fibrosis[2]).

f. Pulmo, πνεύμων[3]).

Pulmo eandem tenet sedem quam cor, quod ille amplectitur, eamque mediam anteriorem, neque ori adhaerere potest continuo, ut ventriculus, sed canalem intermedium haberi oportet, ut re- et exspiratio bene perfici possit. Bipartitus, nec multifidus, nec laevis, sed inaequalis, plane spongiosus, meatibus e corde et magna

---

[1]) h. an. I, 10 §. 1 c. 13 §. 5. p. an. III, 3. Haec verba adversus *Platonem* in Timaeo esse dicta, e sententia experimur Platonis [v. Add. VII et XII.] *Galenus* quidem eum defendit, sed purgare non potest. De plac. H. et Pl. VIII, 9 p. 717. Idem facit *Macrob.* Sat. 7,15 p. 443.

[2]) h. an. et p. an. ll. ll. h. an. I, 13 §. 5. cf. introd. anat. c. 43.

[3]) πνεύμων pulmonem, πνεύμονες plerumque Pulmonum marinorum genus (Actinia) significat, e. g. h. an. V, 13 §. 10. v. *Schneider* ann. ad l. p. 321; πνεύμονι opponuntur βράγχια piscium, ille refrigerationis causa spiritu, haec, aqua perfectae. Itaque nomen gerit a πνεῦμα de resp. c. 4 p. 77,5. [vulgo c. 10.]

vena ad singulas fistulas vergentibus penetratus[1]), plurimum, quamvis in venis tantum, sanguinis inter viscera habet, excepto corde. Pulmo munere fungitur respirandi, aptissimus, qui amplitudine et spongiositate aditum aperiat facilem aëri, qui illo diducto influit, collapso, exit, cujus motus principium a corde accipitur. Ad cordis vero palpitationem nihil affert officii[2]). Quum sanguinis copiam calor indicet, pulmo ejus rationem naturalem constituit. Ita etiam animalia, quae pulmonem nimis fungosum atque exanguem habent, raro potu egent[3]).

§. 2.

De respiratione.

E libro, quem de hac vitae actione conscripsit singulum *Aristoteles*, breviter excerpere dicta, sententiasque in angustum deducere hoc modo conati sumus:

Quum vita animaeque habitus caliditate, sine qua nihil fieri et agi potest, existet, hujus autem, quae animae nutrivae propria est, facultatis sedem corporis esse oporteat principalem: in sanguineis hoc principatu gaudet cor, ex quo sanguis originem ducit. Hujus vero ignis duplex contingere potest corruptio, altera exstinctio, *σβέσις*, frigiditatis, altera marcor, *μάρανσις*, caliditatis multitudine effecta. Propter hunc marcorem refrigerationem fieri quandam, qua adjuvetur, necesse est. Talis refrigeratio aut aqua, aut aëre efficitur. Quo minore

---

1) Semper ita distinguit Noster, ut *πόροι* venarum et arteriarum rami, *σύριγγες* arteriae asperae fistulae (bronchia) in pulmone nominentur.

2) Haec contra *Platonem* in Timaeo dicta esse, annotat *Schol.* ad p. an. III, 6 p. 111 [v. add. VII et XII.]

3) h. an. I. c. §. 6. c. 14 §. 3. 4. III, 3 §. 4. 5. VIII, 6 §. 1. p. an. III, 3 p. 56,18. 58,13. c. 6. 7. gen. an. II, 1 p. 200,12. cf. introd. anat. c. 41.

enim calore praedita sunt animalia, eo minore quidem auxilio indigent contra marcorem, qui plane non refrigeratus suffocationem, πνίξις, et mortem adducit. Refrigerantur vero aqua omnia, quae branchias habent[1]). Quae contra pulmonem, eumque spongiosum, fistulosum, sanguine refertissimum possident, refrigerationem desiderant per aërem, qui ex pulmone per meatus jam enarratos in cor ingreditur, perque totum vagatur, ad quod munus propter tenuem naturam aër aptissimum se habet[2]). Calido enim, principio nutrivo, amplefacto, elevatur cor omnisque continua particula i. e. thorax. Quo elevato, aërem induci necesse est externum et frigidum, qui caliditatem refrigerat et diminuit, ut thorax collabatur, quo collapso, aër cedit. Aëris quidem ingressus respiratio, ἀναπνοή, ἀνάπνευσις, excessus vero exspiratio, ἐκπνοή, ἔκπνευσις, nuncupatur, quae tota actio per omnem animalis vitam perseverat[3]).

Additamentum XII.

De respiratione *Platonis* dicta sunt haec: — Jam in additamento praecedente cognovimus, rete quoddam a Deo formatum ac in corpore positum esse, ex igne et aëre contextum. Hoc rete per corpus rarum penetrat et rursus emergit. Ignis igitur interni radii aërem in utramque partem transeuntem subsequuntur continuo, donec animal consistit. Quam agitationem respirationem et exspirationem nominamus, has ob causas factam: Quoniam nusquam vacuum est, quo quidquam eorum, quae perferuntur, ingredi queat: spiritus, qui e nobis evolat, non in vacuum fertur, sed sibi proximum e sede depellit,

---

[1]) de resp. c. 4 [vulgo c. 8. 9. 10.] cf. de juv. c. 5.

[2]) ib. c. 6 [v. c. 15.] cf. de anima II, 8 p. 40,2. p. an. III, 3 p. 58,14. h. an. I, 13 §. 8.

[3]) ibid. [v. c. 21] cf. de vit. et mort. c. 2 p. 85 sq.

quod depellens iterum, unde spiritus exclusus est, ingreditur et implet. Itaque spiritu e pectore et pulmone egresso, aër corpori circumfusus per oris nariumque meatus retrahitur. Initium autem hujus rei profert caliditas, quae in corpore, tanquam rete ex igne contextum, per medium est extensa, cum exteriora omnia ex aëre sint. Calidum igitur secundum naturam ad cognatum in regionem externam emanat, exhalatum frigescit, retractum calescit. Omne autem hoc opus fit irrigatione et refrigerio ad vitam et nutrimentum necessario. Quando enim ignis sequitur diffusus per ventrem, cibos et potus offendit, liquefacit, et velut ex fonte in meatus venarum trajicit [cf. add. X.] [1]). — Pulmonem autem, cordis tegmen, mollem et exanguem, cavis intrinsecus fistulis spongiae instar distinctum, formarunt Dii, ut spiritu potuque hausto, cordis ardorem respiratione et refrigerio tepefaciat. Quamobrem arterias [asperas], tanquam aquaeductus per pulmonem derivarunt [2]). Potus enim per pulmonem sub renes in vesicam ducitur [3]).

§. 3.

De libro περὶ πνεύματος.

Aristotelis de respiratione doctrina recognita, facillime invenimus argumenta, quibus devincimur, quod libellus de spiritu falso tantum Aristoteli adscribatur. Multi

---

1) Tim. p. 406 sq. In capite 5 l. de resp. certare conatus est *Aristoteles* contra *Platonis* doctrinam de respiratione. Inter alia affert, quod, Platonis opinione comprobata, exspiratio prior fuisset respiratione, quum tamen moriens ultimo exspiret. — De respiratione secundum Hippocratem et Platonem loquitur *Galenus*, qui jam annotat, Platonem e respiratione sustulisse attractionem [ὁλκή.] de plac. H. et Pl. VIII, 8 p. 707 sq.

2) ib. p. 388. [cf. Add. XVII.] 3) ib. p. 434.

quidem jam erant, qui hac de re dubitabant[1]), sed nusquam, confiteor, mihi obvenerunt talia, quae rem ad certitudinem quandam promossent, quodcirca mihi ut indulgeatur, rogo, de hoc libello judicium quoddam, quantum possim, accuratius instituere conaturo. Nam quae *Mercurialis* doctissimus breviter commemorat[2]), nimirum quoniam Aristoteles nusquam alibi de pulsu multa loquutus sit, ut ejus tempore tale nomen vix notum fuisset, hoc autem in libello multa de eo occurrant, hanc ob causam librum de spiritu falsum esse Aristotelicum: haec nullo modo satisfaciunt, eo magis, quod, ut suo loco vidimus, Aristoteles revera de pulsu et cordis et venarum dixerat. [v. cap. VI.] Neque quae *Meursius*[3]) de nostro libello conjecit, eundem esse quam illum, quem inter Theophrasti opera enumeret *Diogenes Laërtius* V, 45, melioribus gaudent argumentis, quum persuadere nequeat, Theophrastum tantum discrepasse a praeceptore, neque loquendi genus Theophrasti esse videatur.

Argumenta autem, ob quae librum de spiritu falsum censeo, haec fere sunt:

1) Libellus non agit de spiritu, quem respiratione pulmo accipit et reddit, sed de spiritu innato, πνεῦμα ἔμφυτον[4]), qui, per totum corpus dispensus, vitae principium sit, originemque e pulmone ducat[5]), praeter quem praecipue arteria eum ferat[6]). Hoc pneuma vis sit, quae, in nervis occulta, ossa moveat[7]). Quis autem haec *Aristotelica* judicat? Invenimus quidem aliquid in Stagiritae scriptis de spiritu innato, sed claris verbis Noster

---

[1]) e. g. *Sylburg*. inter var. lect. ad l. p. 363. *Sprengel* l. l. §. 21 p. 458. [2]) Var. lect. II, 12 p. 39.

[3]) Theophrastus p. 638 [*Gronov*. thes. ant. gr. t. X.] Ita *Patricius* quoque conjectura libellum tribuit *Stratoni Lampsaceno*, disc. perip. 1,7 p. 74. secundum *Laërtium* V, 59.

[4]) de spirit. c. 1. [5]) ib. c. 2 p. 327,18. c. 3 p. 328,28.

[6]) ib. c. 5 p. 331,14. [7]) ib. c. 8. p. 334,17.

expedit, animalia sola, quae non spirent, hoc praedita esse[1]), nulloque modo Aristoteli vitae principium spiritus visum est. Quisquis autem historiae non ignarus mox intelliget, haec Stoicarum opinionum propria esse[2]).

---

[1]) de somn. c. 2 p. 41,12. cf. de resp. c. 4 p. 75,10 [vulgo c. 9.]

[2]) Ita *Seneca* ep. 84 p. 487 de mellis praeparatione in apibus: „an quae collegerunt, in hunc saporem mixtura quadam et proprietate spiritus sui mutent." Ita *Galenus* verba laudat *Chrysippi* e libro ejus primo de anima: *ἡ ψυχὴ πνεῦμά ἐϛι σύμφυτον ἡμῖν συνεχὲς παντὶ τῷ σώματι διῆκον κ. τ. λ.* de plac. Hipp. et Pl. III, 1 p. 287. *K.* Ita *Galenus* ipse spiritum innuit nativum contendens, spiritum esse in cerebri ventriculis, qui, si movendum sit, in nervos fluat: de plac. Hipp. et Pl. VII, 4 p. 611. — In nonnullorum *Theophrasti* scriptorum editione, quam curavit Dan. *Furlanus* [Hanov. 1605 fol.] et cui adjectus est libellus de spiritu, locupletissimis commentariis illustratus, editor haesitat, neque discernere audet, cujus sit iste libellus. Inter argumenta autem, quibus illum, *J. C. Scaligeri* auctoritate, defendit, hoc, de quo pauca commemorentur, dignum videtur [p. 333.] Aristotelem in libro de motu animalium jam de spiritu innato scripsisse inprimis haec verba: „*πάντα δὲ φαίνεται τὰ ζῶα καὶ ἔχοντα πνεῦμα σύμφυτον, καὶ ἰσχύοντα τούτῳ κ. τ. λ.*" De quibus ut meam conjecturam proponam, dicendum est, haec verba simul ac totum caput, in quo leguntur [c. X vulgo,] suppositum et incalcatum esse a quodam interpolatore. In praecedentibus enim Aristoteles multis verbis docet, omnem motum effici a spe et appetitione, ex affectionibus, quarum origo sit cogitatio et imaginatio, orta. Spem vero et appetitionem proprias esse animae, ita ab anima omnem motum generari. Animam demum moventem, *ἡ ψυχὴ κινοῦσα*, sitam esse in corde, sensuum principio. Quae literarum quoque formulis probantur. Itaque in cap. XI, libri ultimo, pergit asseverare, causas motionum involuntariarum, quarum dominae cogitatio et imaginatio esse non videantur, humiditate animali in membris sustentarum, permutationes esse internas, e membrorum alteratione assidua ortas. Quae iterum literarum formulis probantur. In capite autem X quid agit? Subito in corporibus motus principium corpus quoddam esse oportere, contendit, quod corpus nimirum spiritum esse innatum. De quo tum callide, jam alibi dictum esse, nuntiat (ubi? quaeris frustra. Quodcirca falluntur, qui hunc locum ad librum de spiritu referunt, qui in tota naturalium scriptorum serie non commemoratur); tamen spiritus innati, animae principii, naturam breviter exponit, eodem loquendi genere usus, quod non Aristotelicum in libro de spiritu ipso sentimus. cf. de anim. III, 9.

2) Aliam rationem affert discrimen inter *ἀρτηρίας καὶ φλέβας*, quod hoc in libello explanatur; illis spiritus innatus, his sanguis contineatur; silet de aorta[1]). Pulsus igitur spiritus solius motus in arteriis sit[2]). Quae non minus non Aristotelica, sed Stoica apparent[3]).

3) Vidimus, quam causam respirationis Aristoteles e theoria magistri et sua deducere potuerit, et scriptor hujus libelli? „Principium quidem habet ex partibus externis respiratio: sed utrum animae vis sit, an anima, an alia quaedam corporis mixtio nominanda, quae tantum tractum perficiat, discerni non potest[4]).“

4) Falsum esse contendit auctor, quod carne insecata ubique sanguis effluat[5]), contra Aristotelem[6]).

Quae sufficiant, ut demonstrent, quot sententias hic libellus contineat, Aristotelicis plane contrarias.

§. 4.

De voce.

Vox, *φωνή*, est sonus, *ψόφος*, animati cujusdam. Spiritum enim natura praeter refrigerationem loci circa cor, ad vocem quoque edendam adhibet. Vox igitur constat e percussione spiritus, ab anima, quae illis partibus inest, ad arteriam cartilaginosam i. e. laevem et solidam simul ac guttur, quod eadem conditione gaudet, repulsi[7]). Vox autem differt a sermone, *διάλεκτος*, qui

---

1) c. 5 p. 331,15. 25. 27 et a. l. 2) ib. c. 4.

3) De his supra loquuti sumus cap. 7.

4) ib. c. 4 p. 329,20. 5) ib. c. 6 p. 333,5.

6) h. an. III, 14 §. 1. p. an. III, 5 p. 65,11.

7) de anima II, 8. Quanquam hic cor vocis principium nominatur, tamen id alibi semen praenuntiatur, gen. an. IV, 8 p. 298,6. Verisimiliter his dici voluit Noster, communitatem quandam existere inter

vocis dearticulatio, per linguam facta, est. Sermo enim vocalibus, τὰ φωνήεντα, a gutture missis, et mutis, τὰ ἄφωνα, a lingua et labiis editis, componitur. Itaque lingua soluta eget, qui loquitur; sermo autem homini proprius est. Vox nonnullas patitur varietates, neque omnibus eadem est. Praecipua enim inter voces differentia est inter gravem, βαρεῖα, et acutam, ὀξεῖα. Gravis vox consistit in tardo motu, acuta in veloce; item spiritus caliditas ad gravem, frigiditas ad acutam vocem, et ad utramque instrumentorum varia conditio multum refert. Infantes ut reliquarum quoque partium, ita etiam linguae, quae iis imperfecta serius solvitur, impotes, itaque blaesi ac balbi sunt plerique[1]). Bis autem septenis annis peractis, quum mas semen ferre incipit, feminis menses erumpunt, vox quoque mutatur in sonum asperiorem atque inaequaliorem, neque amplius acuta, neque jam gravis, neque sibi constans est, quam conditionem Graeci τραγίζειν nuncupant. Evenit hoc magis iis, qui venerem tentarunt[2]). Ut infantes, sic etiam feminae et senes acutiorem, mares graviorem habent vocem[3]).

Additamentum XIII.

Plato de voce ita loquitur: — Vox plaga quaedam videtur cerebri et sanguinis ab aëre per aures usque ad animam facta, ejusque motum a capite incipientem, in jecoris sedem desinentem, auditum vocamus[4]). Motus velox

---

vocem et semen. Invenio enim expositionem accuratiorem gen. an. V, 7 hanc: „Testium natura appensa est meatibus seminalibus, qui tendunt ex vena, cujus principium cor est juxta locum illum, qui vocem movet. Meatibus igitur seminalibus mutatis versus aetatem, qua semen secerni solet, mutatur quoque illa pars, qua vox editur."

[1]) p. an. III, 3 p. 56,26. h. an. IV, 9 §. 1. 2. 7. 8.

[2]) ib. VII, 1. gen. an. IV, 8 p. 298,5

[3]) gen. an. V, 7 cf. h. an. IV, 11 §. 7.

[4]) cf. Theophrast. de sens. §. 6.

vocem acutam, tardus gravem, unus aequalem atque laevem, contrarius asperam, magnus longam, parvus brevem profert[1]). Vocum, quaecunque veloces et tardae, acutae et graves audiri solent, aliae dissonae propter motus, qui in nobis ipsis fit, dissimilitudinem, aliae consonae, propter similitudinem. Priorum enim et velociorum motus cessantes, ad simile jam progressos, quibus tardiores voces succedunt, hae excipiunt, et excipientes alium motum injiciendo non ordinem perturbant, sed lationis tardioris initium post velociorem faciunt. Dum vero desinentis motionis similitudinem sibi accomodant, unum ex acuta et gravi concentum contemperant[2]).

Cap. X.

De genitalibus.

§. 1.

Genitalia maris.

A) Testes, ὄρχεις.

Testes duo, extra siti, cute inclusi (scrotum ὄσχεος), neque carnis naturam habent, neque multo differunt a carne. Quorum interna natura ita se habet: Tendunt ex aorta meatus venosi, sanguinem non continentes, ad caput utriusque testis, aliique duo e renibus, sanguinem ducentes. Ab hoc capite vergit ad testem ipsum meatus ille validor et nervosior, qui in utroque teste reciprocat versus testis caput, a quo uterque in unum coit prorsum ad penem. Atque meatus, quos reciprocare diximus, et

---

1) Tim. p. 381.

2) ib. p. 409. cf. 339. v. *Boeckh*, die Weltseele Platon's p. 1—95 tertii tomi der Studien von *Daub* und *Creuzer*. 1807. cf. *Plut.* pl. ph. 4,20.

ii, qui testibus applicantur, eadem ambiuntur membrana, ut, nisi membranam disjungas, meatus unus esse videantur (tunicae vaginales). Meatus ille applicatus sanguinolentum continet humorem, licet minus, quam superiores[1]); reciprocatis vero ad tubum penis candidus inest humor (ductus deferens). Ad hunc tubum, circa quem quasi putamen penis est, meatus superne fertur coitque[2]). — Si testium indagamus utilitatem, primum confitendum est, non necessarios ad generationem esse hos, qui non omnibus animalibus dati sint. Restat igitur, ut melioris cujuspiam notae gratia habeantur. Ut enim nonnulla animalia intestina recta [v. p. 37 ann. 2] ad celeriorem alimenti cupiditatem habent, ita etiam meatus seminales sine testibus propensiora celerioraque ad venerem reddunt. Castioribus igitur, ut intestina non recta, sic meatus plexibus contorti sunt, ne libido sit vehemens et crebra. Ad hunc usum homines habent testes, replicationem servantes[3]).

B) Coles, penis, *τὸ αἰδοῖον*.

Penis, ad thoracis (ventris) finem extra positus, in duas partes divisus: extrema quidem pars carnosa, laevis, aequalis, glans, *βάλανος*, nominata, quam quae integit cutis nomine vacat et vulnere obducto coalescere nequit; cuti et glandi commune est praeputium, *ἀκροποσθία*: reliqua pars partim cartiliginosa, partim nervosa, augeri

---

1) In plerisque editionibus leguntur: *ὁ μὲν οὖν προσκαθήμενος πόρος ἔτι αἱματῶδες ἔχει τὸ ὑγρὸν, ἧττον μέντοι τῶν ἄνω τῶν ἐκ τῆς ἀορτῆς*. Quod plane contrarium est iis, quae supra dicuntur, venas ex aorta nullum sanguinem continere. Quanquam nemo adhuc de hac re loquutus est, tamen facile suspicabimur, *τῶν ἐκ τῆς ἀορτῆς* additam esse a quodam interpolatore glossam, quum *Gaza* jam haec verba omiserit. v. ed. *Pacii* p. 871 B. et *Schn.* ann. ad l. p. 120. Haec probat Noster, qui infra §. 9 *οἱ πόροι ἄνω* dicit, quibus superiores intelligit ad testes vergentes.

2) h. an. I, 10 §. 4. III, 1 §. 7. 8.

3) gen. an. I, 4.

potest, contrahi et extendi, egredi et ingredi. Et penis et testes absoluti pendent a ventre. Hoc membro utitur natura et ad humidi excrementi exitum et ad rem veneream, quia semen quoque excrementitius est humor, ad quod commune munus tubum habet penis, in quem desinunt et meatus urinarii et seminales modo jam descripto [v. cap. VIII §. 1. E. h.][1].

C) Genitura *γόνη*, semen *σπέρμα*.

Γόνη nominatur, quod e generante proveniens causa est, per quam obtinetur generationis principium [sem. virile,] *σπέρμα*, quod ex ambobus coëuntibus habet principia (foetus). Semen virile ultimum est alimenti excrementum; nam cum pituita, *φλέγμα*, primum, sanguis ultimum sit alimenti excrementum utile, semen excrementum sanguineum, non colliquamentum, *σύντηγμα*, est. [Semen enim nec prima aetate nec senibus, nec aegrotis habetur.] Semen constat e spiritu et aqua, quamobrem, quum spiritus aër sit calidus, et spuma, *ἀφρος*, qualis semen, alba: semen, quod spissum et album exit, egressum, calore evolante, aëre refrigerato, humidum sive aquosum et nigrum fit, quum aqua remaneat. Semen enim album est, neque vera loquutus est Herodotus[2]), qui Aethiopes nigrum habere semen contendit. Semen est manus, faciei et totius animalis manus et facies indefinita et totum animal indefinitum. Item animam continet vegetalem sive nutrivam, *θρεπτική*[3]), quum calor ei insit, non ignis quidem vel talis facultas, sed spiritus. Ita semen principium est ge-

---

[1]) h. an. I, 10 §. 3. II, 1. p. an. IV, 10. gen. an. I, 5. 13.

[2]) h. an. III, 17 gen. an. II, 2 cf. Herodot. III, 101 p. 248 ed. *Wesseling*.

[3]) In semine esse *ψυχὴν φυτικήν*, secundum Aristotelem, *ἐπιθυμητικήν*, secundum Platonem, *φύσιν*, secundum Stoicos, narrat *Galenus* de form. foet. c. 3 p. 665 c. 5 p. 700. cf. plac. H. et Pl. VI, 3 p. 521.

nerationis, et rem, quae gignitur, efficit, quum omnia e semine generentur, semen e generato.

Seminis conditio varia est: semina enim aut tenuia sunt et infoecunda, aut globulenta et grandinis speciem ferentia, foecunda; gelu non concrescunt, sed aquosa fiunt propter spiritum evolantem et aquam relictam, calore autem coëunt et crassescunt; foecunda in aqua delabuntur et subsidunt, infoecunda diffunduntur. Primum mas semen ferre incipit, anno bis septimo peracto, et infoecundum est usque ad annum ter septimum. Cum semen exit, spiritus antecedit, et exitus ipse spiritu agitur, quum nihil procul sine violentia spirituali projici liceat. Itaque semen, spiritu retento, emitti necesse est. Semen, quod humidum posterius adnatum, ut lac, est, in duplice meatu ad spinae locum posito habetur. — Quoniam semen uti exposuimus, virorum excrementum sanguineum est, feminis quoque tale excrementum sanguineum esse necesse est. Menstrua igitur semen non purum, sed confectionis indigens sunt. Quodcirca cum menstrua sint, quae feminis fiant perinde ut maribus genitura, nec fieri possit, ut duae secretiones seminales agantur, ideo semen a feminis ad generationem non conferri, patet. Ita mas praebet formam et motus initium, femina corpus et materiam [1]).

§. 2.

Genitalia feminae.

Nulla parte interiore differunt sexus inter se, nisi utero, *ὑϛέρα*, qui sub vesica ad intestina intus (quia quod gignitur, custodiam, operimentum et concoctionem desiderat, exterior autem locus offensioni expositus et

---

[1]) h. an. III, 15. 17. VII, 1. 2. 7. p. an. I, 1. II, 7. 9 fin. IV, 10. gen. an. I, 6. 13. 17. 18. 19. 20. II, 2. 3. 7. IV, 1. cf. *Plut.* pl. ph. 5, 3. 4.

frigidus est), infra ad genitale (quia ejus exitus infra est, et foetus motum et pondus habet), positus, bipartitus, sinus geminos in latere dextro et sinistro habet, qui tamen nihil ad generationem aut maris aut feminae conferunt. [Nonnulli enim marem in dextro, feminam in sinistro generari credunt.] Interior ejus pars, carnosa, quae validior esse debet, *ὑςέρα* nominatur, exterior os angustum, quasi cervix, carnosum et cartilagineum, *μήτρα* vocatur, extrema cornua *κέρατα*, quae curvantur. Uterus laevis est, [cornigeris enim tantum et una parte dentatis acetabula, *κοτυληδόνες*, sunt, caeteris partus utero adhaeret,] et labra externa asperiuscula et digito adhaerentia habere debet. Mulieris enim genitale externum sub pube cavum, contra viri membrum formatum est. Atque quoniam feminae materiam dant ad generationem et corpus, pars, qua semen recipiunt, non meatus, sed uterus amplior est. Superne fissis duabus venis, magna et aorta, multae in uterum desinunt venae tenues, quibus alimento propter frigiditatem non concocto nimis expletis, quam abundantiam propter tenuitatem continere non possunt, excernuntur in uterum menstrua[1]).

§. 3.

De foetu.

Feminis, quae conceperant, statim locus uterinus siccescit, et uterus ipse contrahitur; post triginta dierum, si femina concepta, quadraginta, si mas est, fiunt purgationes, quae, hoc tempore peracto, in mammas transeunt, ubi lac proferunt; mox pleniora fiunt, praesertim gracilioribus, ilia et inguina; accidunt etiam haec: corpus post conceptum gravatur, oculorum caligines, capitis do-

---

[1]) h. an. I, 13. 14. II, 17. III, 1. VII, 3. gen. an. I, 3. 8. 11. 12. II, 4. 7. IV, 1. cf. *Plut.* pl. ph. 5,5. [falso dicta.]

lores, nauseae et vomitus, stranguriae ad graviditatis finem, pallor, tumores interdum et exuberationes carnis in cruribus, varii appetitus [*κισσᾷν*] et fastidia subita. Semen autem in utero acceptum et per tempus quoddam contentum membrana obducitur, velut ovum in membrana, venis referta. Primum quidem foetus inter involucrum fit, (Amnion) circum quod membrana secunda replicatur, quae utero plerumque adhaeret, (*χόριον*). Inter has duas humor aquosus, saniosus vel cruentus habetur, quem mulieres *πρόφορον* nominant. Ita apparet foetus, si quadragesimo die praeterlapso, exit. Corruptiones enim intra septimum diem effluxiones, *ἐκρύσεις*, post quadragesimum diem abortiones, *ἐκτρωσμοί*, nominantur, intra quos dies plurimi foetus pereunt. Foetus igitur mas, qui 40 die exierit, in aquam frigidam immissus, in membrana consistit, qua rupta foetus ipse apparet, magnitudine Formicae majoris: membra distincta, tum caetera, tum genitalia, oculi permagni; foetus autem femina intra tres menses indistincta habet membra, et, quum mares circa 40 diem, antea carnosum quoddam informe, scindantur et moveantur, plurimi in dextro latere, feminae circiter 90 diem finduntur et moventur, pleraeque in sinistro latere, dearticulationemque et partium perfectionem tardius adipiscuntur. Augentur foetus per umbilicum, qui includit venas quasdam, ad uterum quasi radices tendentes, per quas foetus alimentum hauriunt eodem modo, quo plantae per radices. [Descriptionem umbilici invenis p. 30 ann. 2.] Foetus situs hic est: conglobatus, nasus inter genua, oculi supra genua, aures extra genua. Sed caput, quod primo tempore superne spectat, ad graviditatis exitum, cum creverint foetus, deorsum ducitur. Foetus enim grandescens cava ventris subit, qui motus bene sentitur. Distinguuntur per generationem prius superiores propter nobilitatem, quam inferiores

riores partes; omnia primum lineamentis describuntur, dein colores accipiunt. Prae omnibus autem cor, quod sensuum principium totius corporis principatum tenet[1]), et genitalia gignuntur. Quibus perfectis, caput, quod cerebrum, cordi necessario propter frigus oppositum, continet, generatur. Inter sensoria ultimi nascuntur oculi, quoniam humor, cujus hi participes sunt, et qui e cerebro evenit, concoquendus erat; oculi simul ac cerebrum permagni. Itaque capitis ossa mollia habent foetus et nuperediti, nimirum propter humoris in cerebro abundantiam. Tum caro, quia sensorium tactus est, e materia sincerissima formatur; ossa quoque et nervi ex excremento seminali, ungues autem, pili eorumque proportionalia, cornua, rostra etc. ex excremento nutrivo. Octavo mense uterus dehiscit et partus descendit; si autem mortuus est, nec descendit, neque uterus dehiscit. Partus, qui ante 7 mensem eduntur, nullo modo vivere possunt, qui post 7 mensem, sane plures in Aegypto et aliis terris, in Graecia perpauci servantur, sed debiles plerumque meatus, ut nasum, non bipartitos habent. Atque nono et decimo foetus in lucem proferuntur, interdum undecimum tangunt. Sed saepe falluntur matres[2]).

Additamentum XIV.

De superfoetatione.

Si eodem coitu seminis plus emittitur, partus multiplex fieri potest, sed si, foetu jam aucto, coitur, super-

---

[1]) Contra cordis generationem primam, quam Chrysippus, Stoici et Peripatetici contenderunt, certat *Galenus* de form. foet. c. 4 p. 674.

[2]) h. an. VI, 3. 4. 7. 8. gen. an. II, 4. 6. 7. IV, 4. Adversus Aristotelis sententiam, foetum e semine virorum et feminarum menstruis, quae, foetu concepto, non amplius fluant, (excremento seminali feminae), formari, certat acerbe *Galenus*, qui foetus originem e semine solo trahi, docet de sem. I, 1. p. 661 sq. cf. *Plut.* l. l. 5,17 [falsa.]

foetatur [ἐπικυΐσκειν,] sed raro, quod plerisque feminis uterus statim a conceptu contrahitur. Mulier enim plures infantes parere potest, semperque in utero aliquid spatii et excrementi superest, quamquam non tantum, ut alterum possit alere, sed ut coitus permittatur. Itaque, si quando, quamvis raro, accidit, ut superfoetetur, partus perfici non potest, sed abortioni similis elabitur[1]).

Additamentum XV.

Plato de generatione: — Medullam, ex capite per cervicem et spinam derivatam, jam supra semen nominavimus[2]). Quod animatum ac respirans, qua parte spirat, vitalem exeundi cupiditatem adeptum, generandi amorem injicit. Vir quidem genitalium naturae secundum rationem imperat. Mulierum autem matrix et vulva, quibus etiam animal avidum generandi inest, si ad tempus sine foetu sunt, aegre hoc ferunt. Per totum corpus errantes, spiritus exitum claudunt, respirari non permittunt aliaque summa pericula afferunt, donec ex utraque cupido et amor velut ex arbore fructum educunt, primum propter parvitatem indistinctum animal neque formatum, quod mox explicant intusque enutriunt, demum in lucem proferentes, generationem finiunt[3]).

Additamentum XVI.

De libro *Εἰσαγωγὴ ἀνατομική*.

Aristotelis sententiis de internis corporis partibus jamjam explanatis, operi finem ponere non possumus,

---

[1]) h. an. VI, 4. gen. an. IV, 5.

[2]) *Anaxagoram* idem docuisse, tradit *Censorinus*, non multa fide dignus, de die natali c. 5 p. 25. cf. *Plut.* pl. ph. V, 3. 4. 15.

[3]) Tim. p. 431. cf. Polit. V p. 460. Phaedr. p. 206 ed. *Steph.*

nisi pauca de libello, cui titulus est subscriptus: *Εἰσαγωγὴ ἀνατομική*, commemoravimus. Varias quidem fortunas passus est ille, quem magni habere inter antiquitatis monumenta nequaquam admonemur. A *Laurembergio* primum editum, suspicatus est *H. Conringius*[1]), ab editore esse suppositum, quam opinionem jure repellit *Bernard*, editor recens[2]). Quum autem *Menagius*, qui inter *Aristotelis* libros a *Diogene Laërtio* recensitos invenerat *ἀνατομῶν β. η΄*, hanc introductionem eandem existimaret quam *ἀνατομὴν ἀνθρώπου*, quam enumerat *Anonymus* Aristotelis vitae auctor *Menagii*, idem Bernard conjicere ausus est, nostrum opusculum, cujus sententiae dictis Aristotelicis saepe reclamant, fortasse ab Aristotele juvene scriptum esse[3]). Sed neque Menagium, neque Bernardum recte observasse, credo. Aristotelis enim nullo modo istum esse, mihi persuasum habeo, nec juvenis, quod nonnullae opiniones, quae in ejus scriptis exponuntur, in introductione hac corriguntur, neque omnino cogitari licet, Aristotelem verbis iisdem, quae in opere priore pronuntiasset, per omnia sua scripta distributis usum esse; nec senis, quod non minimus sententiarum numerus temporis serissimi signa prae se fert.

Quas ab causas cum Bernardi opinione, quam alibi expedit[4]), magis consentimus, qui hoc opus cum *Oribasii* et *Palladii* synopsi componit, et *Halleri*[5]), qui anonymum nostrum inter *Pollucem*, *Hesychium*, *Geoponicos* etc. enumerat. Tempore enim, quo Graeci, omnibus ingenii facultatibus armati excellentissimis, opera praeclara condiderunt, diu praeterlapso, quum seculi pravitas ut animi pessum dati exsuscitarentur non amplius permitteret: satis habebant illi viri, sententias priorum

---

1) Introd. in univ. artem Med. p. 153.

2) praef. edit. [LB. 1744. 8] p. 3 sq.

3) ibid. p. 5.

4) l. c. p. IV.

5) Biblioth. anatom. T. I. l. I § 68 p. 111.

insignium repetere, in angustum deducere, excerpere, amputare. Atque quonam modo hoc facere solebant? Sine judicio, sine ordine, sine omni et orationis et cogitationis ornamento, omnia perturbabant, omnia omnium permiscebant, neque fontem, ex quo hauserant, saepissime indicabant, neque ejus auctoritatem curabant, ita ut facillime cuipiam aliquid subderent, uti his in foliolis et Stoicorum et Aristotelis opiniones invicem permixtas in libello de spiritu animadvertimus, vel etiam sibi vindicarent, quae alius procreavit. Ita etiam Anonymus noster praecipuas Aristotelis sententias excerpsit, et variis aliorum intermiscuit, modo illum, modo hunc secutus, contraversiis non dijudicatis. Quod judicium non solum verbis, sed argumentis etiam ut affirmemus, haec deligo:

1) c. 4. verba, quae leguntur in libello de spiritu perperam Aristoteli adscripto c. 5 p. 331,16.

2) c. 7. μύες, quos Aristoteles non cognovit; τένοντες, in quos musculi desinant, quorum cognitio Aristotelem fugit; φλέβες καὶ ἀρτηρίαι, quarum discrimen Aristoteli ignotum erat.

3) c. 18: hepar, venarum radix, contra Aristotelem, qui omnes venas e corde oriri credidit.

4) c. 19: Distinctio inter φλέβες, in quibus sanguis omnis, et ἀρτηρίαι, in quibus paucus, secundum Praxagoram et Stoicos.

5) c. 20: vesicula fellea, ab Aristotele non descripta. (Citat Bernard h. an. I, 17, ubi haec verba non inveniuntur).

6) c. 22: παραστάται et προστάται, quarum inventionem Galenus sibi vindicat.

7) c. 23: meatus ab aorta ad testes decurrentes sanguinem ferunt, contra Aristotelem.

8) c. 14 et 27: παραστάται, προστάται v. 6).

9) c. 39: cor, arteriarum tantum initium.

10) c. 40: venae et arteriae sunt propter sanguinem et spiritum vitalem, contra Aristotelem.

11) c. 43: non plane ridiculum videtur dicere, potum arteria aspera accipi, contra Aristotelem.

12) c. 50: in medio cerebro tres sunt caveae; cerebrum ad sensus et motum praeparatum; stupidi nonnulli dicunt, cerebrum contra calorem cordis machinatum esse; propter maximam intercapedinem atque copiam ubertatemque partium interpositarum haudquaquam fieri potest, ut hoc viscus (cor) refrigerium ullum de se suppeditet etc. omnia contra Aristotelem.

13) c. 51: nervorum copia e cerebro et medulla spinali manat, a quibus sensus et motus; haec fugerunt Aristotelem.

14) c. 52: sex oculi tunicae, quae Aristoteli non notae erant.

Additamentum XVII.

De duobus erroribus in Platonem commissis.

Nuper vir doctus ad lucem protulit librum, in quo Platonis doctrinam et naturalem et medicam exponere et illustrare conatus est[1]). Neque existimo, hunc virum «metam cursu optatam» non contigisse, nec plura merita de Platone sibi comparasse. Attamen nonnulla hic commemorabo quae ex illo opere egregio ad nostrum finem pertinent, neque silentio sunt transeunda. Primum quidem falso interpretatus est *τὰς ἀρτηρίας* Platonis nostras arterias, dicens[2]): «Deswegen sind dem Herzen die Lungen durch die in ihnen enthaltene Feuchtigkeit und Luft, so wie auch die bekanntlich für Luftadern gehal-

[1]) *Platon's* Lehren aus dem Gebiete der Naturforschung und Heilkunde von Prof. *Lichtenstaedt.* Lpz. 1826. 8.

[2]) p. 97.

tenen Arterien beigegeben.» Platoni autem sunt *ἀρτηρίαι*, uti Hippocrati et Aristoteli, arteria aspera, de qua recte plurali uti potuit, quum scindatur, in pulmonem transeuns. Nimirum discrimen inter venas et arterias a *Praxagora*, qui non minimam operam rei anatomicae navaret, primo factum esse, notum est, ideoque Platonis tempore nondum usitatum erat. Atque profecto, si quid de arteriis ante Aristotelis tempora doctum fuisset, hic, qui antecessorum angiologiam accurate examinavit et exposuit, de illis non tacuisset aut defendendo aut refutando. Nunc autem ad utrumque Platonis locum, quo de his arteriis dicitur, anquirendum aggrediamur. Dicit enim: «*διὸ τὰς ἀρτηρίας, ὀχετοὺς ἐπὶ τὸν πνεύμονα ἔτεμον*[1]).» «*τὸ μὲν τῶν ἐγκυρτίων, εἰς τὸ ϛόμα μεθῆκε διπλοῦ δὲ ὄντος αὐτοῦ, κατὰ μὲν τὰς ἀρτηρίας εἰς τὸν πνεύμονα καθῆκε θάτερον, τὸ δ' εἰς τὴν κοιλίαν, παρὰ τὰς ἀρτηρίας*[2]).» Quamquam igitur primo loco arterias solum ad pulmonem vergere docet, tamen mihi quidam opponeret verbum *ὀχετοὺς*, quo Plato de venis quoque usus sit, e. g. p. 403. Sed nonne etiam de duobus tantum nasi meatibus *κατὰ τοὺς ὀχετοὺς τῆς ῥινός* inquit[3])? Secundus autem locus plane asperam indicare mihi videtur, cujus initium in ore, cursus in pulmonem sit, juxta oesophagum, qui ad ventriculum tendit. Quibus si te nondum devinci putas, testimonium afferam *Galeni* perclarum, dicentis: »*Πλάτων τὰς ἀρτηρίας* (nimirum arterias Galeni et nostras) *ὠνομάζει φλέβας· ἐπειδὴ γὰρ οὐδέπω τὸ σφύζον ἀγγεῖον, ὥσπερ νῦν, ἀρτηρία προσαγήρευται, μόνας δὲ τὰς κατὰ τὸν πνεύμονα, τὰς ὑπὸ τῶν νεωτέρων τραχείας ὠνομασθείσας*[4]).» Eundem errorem commisit non minus *Sprengel*, aliis sui operis locis [p. 383. 459. 490. Th. I.] plane contradicens, sed multo majorem his ver-

---

[1]) Tim. p. 388. [2]) ib. p. 405. [3]) ib. p. 406.
[4]) de plac. Hipp. et Plat. VI, 8 p. 575.

bis: «und durch Arterien das Blut zur Abkühlung aus dem Herzen aufnehmen[1]),» de quibus nihil apud Platonem. — Secundus error, quem animadverto, hic est: «Da die Gedärme nur das Wässrige und Erdige, was sie erhalten, auch zu behalten vermögen, Luft und Feuer dagegen wieder aus ihnen entströmen, so ist für diese, die durch den Mund oder die Nase eingehen, ein eigenes netzartiges Gewebe, die Lungen, gebildet, durch welche jene Elemente dann auch vermittelst der Arterien in den ganzen Körper verbreitet werden[2]).» De hoc rete jam supra exposuimus necessaria, ut nobis relictum videatur, dicere, nullo modo Platonem pulmones solos hoc rete intellexisse, sed tantum iis retis plexum aëreum tribuisse, igneum vero, ut verbo utar, lapsum erraticum circa omnes corporis partes cavas positum esse, namque qui ciborum et potuum concoctionem, eorumque distributionem, nimirum sanguinis, per venas (non per arterias,) in quibus, velut in fonte ignis, caliditas animalis inest, perficiat, ita ut pulmo cum arteria aspera et oris nasique meatibus, potius transitus sit, per quem plexus aëreus, quem ignis prosequitur, exeat et influat. cf. Tim. p. 406. 407. Itaque arteria aspera non sola, sed oesophagus quoque commemoratur, utpote qui, in ventriculum decurrens, non minus reti aditus officium praestet. Immo etiam pulmo, ex igne et aëre simul contextus, cordis refrigerium esse non potuisset. Si quidem igitur illis plexibus certum locum definire vellemus, aëreo pulmonem, igneo mesenterium et omentum esse intellecta dicere possemus, nisi omnino nihil, quod cernatur, comprehendisset Plato, et nisi omne per medium rete extensum esse dixisset. Sed de respirationis explicatione Platonis obiter tantum loquutus est vir egregius, non,

---

[1]) G. d. Hlk. Th. I. p. 431. [2]) l. c. p. 111.

puto, jure suo, quum magnum ei tradat officium philosophus Graecus. Quod non minus in aliis singulis illustrandis factum sit, lugeo.

Cap. XI.

Peroratio de Platone et Aristotele.

Hujus opusculi propositum non plane assecuti nobis videmur, si, utriusque philosophi opinionibus nude expositis, nihil de eorum rationibus et inter se et per se cum illa narratione conjungimus. Quamquam igitur passim de eorum conditionibus pauca loquuti sumus, tamen huic loco aptissimum videtur, quod accuratius, quamvis breviter, de hac re explanemus.

§. 1.

Primum quidem nobis esse videtur officium summa disciplinae utriusque viri placita eorumque diversitatem côntemplandi. De corporis generatione ex elementis uterque convenit, eorum distributionem in varias corporis partes cognosci non posse, contendens, quoniam eorum potius aliquid simile particulaeque minimae corporis materiam praebuissent. Aristotelem autem de corporis constitutione rectius judicium acquisisse, confitendum est, similares et dissimilares partes primum distinguentem. Utrumque vero virum de systemate cerebrali exaudientes, comperimus, Platonem de hoc plane idem cogitasse et pronuntiasse, quam nos: cerebrum totius corporis principatum et imperium tenet, auxilio medullae spinalis ac nervorum, quorum quidem tunc nondum manifestorum loco ossium medullam opinatus est. Quo ultimo errore, cui sane libenter indulgemus, omisso, summam profecto admirationem excitat Plato, eo magis, quod et antecessores et aequales, ut Hippocrates ejusque sectatores, cerebrum glandulam corporis maximam, ex qua fluxiones tantum eveniant, putabant. Neque denegari

potest, hoc Platonis placito fortasse primum et cerebri et nervorum naturae inquirendae et inveniendae impulsum datum esse apud Alexandrinos, praesertim quum constet, antiquos ipsos Platonis scripta magis indagasse, quam Aristotelis. Aristoteles autem cerebrum ad vitam quidem necessarium, tamen secundarum solum duxit, cordis, vitae principatus, refrigerium et oppositum. Plato contra cordi secundum assignavit munus, nimirum cor esse altiorum animi affectionum vas et capax. Aristoteles enim attribuere debuit summum de vita imperium cordi, de vita, cujus praecipuum adminiculum calor, caloris autem, qui maxime in sanguine exstet, fons cor sit. Si demum ad viscera respicimus, Aristoteles eorum officia ad concoctionem intestinorum auxiliaria definivit, quae autem Plato non minus ad animae immortalis salutem contra intestina, quae huic minime obtemperarent, sed hominem plane ad ciborum potuumque libidines detraherent, constituta esse, docuit. Unde autem venit, quaeso, tanta praeceptoris et discipuli dissensio opinionum? Quam quaestionem facillime, credo, dissolvere possumus variis rationibus observatis, quibus illi viri excelsi vias contrarias ingressi sint. Plato enim, animam humanam considerans, ejus speciem in corpus dispositam ostendere voluit: Aristoteles contra corporis humani conditionem per se exquisivit, animae in corporis vitalis gyro percurrendo nequaquam obvius. Plato igitur quum tres invenisset animae, quam a vita discernere plane non potuit, formas, quibus patescat, cogitandi, sentiendi, appetendi, primae summam capitis sedem, caeteris imperantem, secundae mediam pectoris, in quo hominis vires externae et fortitudo maxime consistant, tertiae imam ventris, vegetalem assignavit. Aristoteles autem, quum medullam ossium a medulla spinali, medullam spinalem, errore quodam deplorando, a cerebro diversam, itaque,

nervis nondum recognitis, nullam inter cerebrum, quod natura singula pro se quidem bene constituta, gaudeat, et caeteras partes conjunctionem vidisset: totum praeceptoris systema subvertat necesse erat. Aliud igitur corporis vitalis principium eruendum erat. Ac quid eduxit? Principium istud Empiricorum i. e. Hippocratis sectatorum, *τὸ θέρμον ἔμφυτον*, calidum innatum: hoc concoqui cibos, hoc concoqui sanguinem, hoc e corde in venas simul cum sanguine effluere in omnia membra, hoc sensus particeps reddi corpus, hoc respirationem effici. Quisquis facillime intelliget, animae investigatione a corporis scrutatione desumta, hanc doctrinam necessario consequutam esse. Qua consequuta, sequitur, ut cor teneat principatum, cerebrum secundum et singulum locum; sequitur etiam, ut tactus desideret singulum instrumentum, quod pro Aristotele caro sit, quam Plato ad munimentum et tegmen versus frigus et calorem fabricatam esse minus falso praedicat. Quodsi igitur summus vitae intellectus satis diminuebatur hac empirica inquirendi ratione: tamen corporis cognitionem accuratiorem illa admodum fotam esse, non minus est confitendum. Etsi enim quisquam mihi diceret, quod haec doctrina, ut verbo utar, cordalis veritati de cerebri nervorumque natura inveniendae plura impedimenta obtulisset: tamen rem totam ita se habere non credo. Nam reputes, nervorum inventionem rem fuisse difficillimam, quam cadavere vix primum secato perficere non potuerint, neque minus certum esse: si Platonis rationem omnes consequuti essent, ne hodie quidem multa rei anatomicae cognossemus. Sed nondum ad finem pervenimus. Quod ad concoctionem pertinet, uterque ignem ejus caussam nobis asseverat, etsi Aristoteles ultimam sanguinis concoctionem perfici corde, ex quo ille in venas feratur, docet. Quod ad respirationem, iterum conveniunt de ejus necessitate propter cordis nimium calorem, cujus

autem caussas praenuntiantes differunt. Plato enim calidum ex interioribus ad exteriora cognata secundum universae naturae legem emanare, sed, quum nullum existat vacuum, aërem repulsum, quem ignis rursus subsequatur et per intestina diffussus concoctionem peragat, ad interiora regredi facit. Aristoteles autem opinatur, cor totumque pectus calido ex affluxu materiae concoctae assidue amplificato, elevari, ut aër influat, qui caliditatem illam diminuat, qua diminuta, pectus collabi aëremque educi; ubi iterum Aristotelis mechanicam explicandi rationem animadvertimus. Quod ad generationem, nihil adnotandum est discriminis, nisi quod Plato semen medullae partem, Aristoteles sanguinis excrementum nominet.

§. 2.

Quodsi rationes illae, quibus diversis a Platone et Aristotele cognitionem corporis humani tractatam et erutam vidimus, et considerandi locus, ex quo hi viri praeclari, naturae humanae perscrutatores nobilissimi, exierunt, jam eo perducunt, ut eorum conditionis et indolis intelligentiam facilius adipiscamur: quid sequitur, quaero, hanc intelligentiam et perspicientiam recte institutam, ad veritatem proxime aggressam? Nonne illa nobis affirmat, quod omnis virorum numerus permagnus erraverit eorum, qui utrumque philosophum composuerunt, at alterum alterius incommodo detractaverunt? Quamquam sane ex auctorum comparatione utilitas quaedam, eaque magna, namque ingenii judicium, sententiarum illustratio, consensionum, dissensionum cognitio, progressuum notitia et hujus generis caetera, capi potest: tamen numquam ad hunc finem perventum est, nisi actum erat sine opinione praejudicata, sine superstitione, sine nimio alterius cultu et aestimatione. Has ob causas factum est, ut certamina acerbissima inter Platonicos et Aristotelicos a veterum tempore inde per medium aevum usque ad

hodiernum diem fere nihil afferrent utilitatis, fere nihil quod hos scriptores magis perspectos, eorumque sententias magis illustratas, eorumque scripta magis correcta et emendata reddidisset. Neque ille scriptor recens, quem supra laudavimus de Platonis doctrina naturali, hunc scopulum plane superare potuit v. p. 5. 6. Quamobrem mihi indulgeatur, si qua de utroque scriptore proferre conaturus sum, isque finibus meis certo descriptis non egressurus.

Magna erat, est et erit illa lis, quae ullo tempore non agitur, ac modo hanc modo illam partem pro seculi indole victoria fretam tollit, utrum notiones practicae an theoreticae majoribus sint efferendae laudibus. Attamen non ullum seculum viros, quamvis perpaucos, desideravit, qui ad veritatis salutem certaminibus his indignantes factis dictisque docuerunt, neque has neque illas meritis jureque carere. Sed prae omnibus excellunt hae observationes: primum, homines plerique ad theoriam inclinantur, necdum fundamentis certis jactis, systema elaborare conantur; dein, talia systemata, quae fundamentis experientiae carent, neque observationibus firmis, ex quibus evenissent, gaudent, plerosque errores ac falsas opiniones adducunt; demum, pauci tamen erant viri, quibus data erat facultas experientiae tanquam praecurrendi, veritatemque, quam postea experientia affirmavit, conjectura praesagiendi et augurandi. His observationibus praemissis, fortasse nobis contingit, ut medium rectum feriamus.

§. 3.

Si quis inter Platonem et Aristotelem, quantum ad rem naturalem attineat, recte instituere velit comparationem, nullo alio pacto ad hunc finem pervenire potest, nisi scientiae naturalis historiam peragrat, et illorum locum, quem tenent, ita exquirere studet. — Inter omnes litteras et artes prima erat scientia naturalis, cujus res,

contemplanti objectae, aspectu primae sentiuntur, primaeque cogitationem agitant atque occupant. Prima autem humani generis aeva sacra erant, i. e. illi priores homines, ratione nondum expergefacta, omnia sensu integro, incorrupto, alacri percipiebant, inque Divinitatis occultae sacrum transferebant. Omnia divina sunt, praeter hominem, cujus vero formam Divinitas interdum sibi induit, ut filios conveniat et beet. Societate autem humana magis magisque exculta, amplificata, e simplicitate paullatim egressa, quum singulorum consilia obviam sibi jamjam obsisterent, rationemque ita elicerent exercerentque, innocentia vero animorumque puerilitate nondum extincta: mysticus contemplandi modus in mythologicum mutatus est. Res enim naturales, Divinitatis ipsius non amplius participes, Deorum singulorum, quorum imperio obtemperant, speciem externam praestant: tempus emblematum, mythologiae junioris, epicum. Quo tempore quae procreata sunt, diu acervum hominum vulgarem regebant, et quippe religionis positivae rigescebant formae, sacerdotibus, oraculis, mysteriis suffultae. Quibus igitur ingenium humanum non contentum paullatim viros protulit, qui, vinculis istis angustis laxatis, res naturales ingenui contemplari, de iis cogitare et explicare conabantur. Tum proprie orta est scientia naturalis omnisque philosophia; tum factum est, ut secundum indolem humanam, singulis nondum recognitis, universi nexum demonstrare studerent, at, quum res Deorum propriae externae non amplius apparerent, omnia Divinitatis unicae denuo comprehensae plena, sed Divinitatis rationalis i. e. animae, quae, materiae mater, eam sibi induisset, participia intelligerent. Omnes igitur horum, quae lyrica prae se ferre signa dicerem, temporum disciplinae ad hunc finem spectant, etsi modo haec modo illa alium spiritum paene materialem, velut ignem, aquam

etc. omnium animam proposuit, quum temporis indoles, ut verbo utar, plastica, necdum arctius abstrahendi, quae dicitur, facultatis particeps, cogitationem plane a sensibus sejunctam formare nondum posset, sed imaginem, quae cernatur, externam posceret; nullo autem modo, credo, his materialismus quidam sic dictus adscribendus est. [*Plut.* pl. ph. 2,3.] Qui tamen cogitandi modus sensibus adhaerens paullatim, ratione magis magisque exercita, abcedat necesse erat, ita ut summum vitae principium cogitationi aptiore modo mente complecterentur, quoad tandem hoc omnium rerum principium ratio ipsa, *νοῦς*, purissima significatione, visa sit, *νοῦς*, qui materiam non solum procreavit et formavit, sed etiam regit omnemque amplectitur vitam, omnem facultatem, omnem actionem, omnem motum, omne ens. Quo demum culmine attacto, Hellenicae gentis gyrus, pro vera ejus indole i. e. plastica, percursus ac confectus erat, ut nova meditandi, quae ad recentiorum temporum ingenium inclinantur, genera tractari inciperent. E prioribus enim constitui licebat, antiquitatis fuisse proprietatem, rem quamque quippe totum quoddam, cujus partes concentu et convenientia maxime gaudeant, contemplandi, rerumque universitatem et, quae dicitur, totalitatem considerandi, atque partes cujusque conditionem, qua ad corpus, quod singulae efficiant, referatur, reputandi. Itaque antiquitatis ingenio tanquam exhausto, viros sequentes studio partiendi et dividendi invicto ferri facile animadvertimus. Quo quidem studio mox factum est, ut materia ab anima diversa, corpus animae oppositum, perciperètur, corporum vero regnum in varias provincias redigeretur. Universitate ita naturae neglecta, necessitas sentiebatur, singula magis cognoscendi et perspiciendi, ut e partibus ad totum contemplandum reditus aperieretur. Quae omnia humanae naturae cognitioni non minus contigerunt, ut, hominis anima tunc vere corpori opposita, hu-

jus notitia multo majores faceret progressus, quibus praesertim, quamvis serius, favebatur, quum anatomiam ad medendi artem recte exercendam maxime esse necessariam intelligeretur.

§. 4.

Quibus compertis, ad Nostros redeamus. Neminem jam fuget, Platonem illud graecae philosophiae fuisse fastigium: Aristotelem novam viam et rationem ingressum; Platonem summum totalitatis et plasticae philosophiae attigisse cacumen: Aristotelem philosophiae partialitatis fecisse initium (Anaxagora omisso.) Si igitur Platonis perspicimus doctrinam naturalem, nihil invenimus novi in ratione cognitionis singuli corporis et humani et cujuslibet alius, sed conditiones, quibus res vita gaudeant, i. e. quibus ad universum referantur, exquisitas. Aristotelis contra munera alia erant, quibus ut admiratione summa dignus videatur functum esse eum, mihi persuasum habeo. Aristotelis enim erat opus, *historiam naturalem* condendi, ut non solum infinitarum rerum naturalium cognitionem sibi compararet, sed universam naturam in certas partes divideret, partes in genera, genera in species dispartiret, eorumque omnium notiones perspicue fingeret. Quodsi igitur Aristoteles naturae universitatem e partibus ita comprehendit et illustravit, aliter fieri non potuit, quam ut ejus discipuli non solum, sed omnino temporis sequentis viri scientiae naturalis partes singulas excolere studerent, ut Theophrastus de plantis et re physiologica, Alexandrini praesertim de re anatomica desudabant. Sed non minus inde consequatur necesse erat, ut posteriores materialismi ideam magis minusve conformarent, ut Asclepiades, et qui ejus auctoritatem sequuti sunt, Methodici squalidissime. Concludamus igitur: Aristotelem, cui quidem omnia, quae tempora seriora protulerunt, adscribi nullo pacto liceat, tamen novum ordi-

nem incepisse, multamque sequentibus operam commodasse, constat. Itaque, quum et Arabum et Scholasticae scholae sententiarum, quas ne recte quidem interpretari solebant, Aristotelicarum repetitores tantum fuissent: recentiorum, litterarum floribus denuo expansis, naturae investigationem Aristotelica maxime placita subsequutam esse, Platonis autem inquirendi rationem nihil promovisse, patet. Si vero nunc ad humani corporis cognitionem augendam respicimus, nequaquam recentiores usque ad nostra tempora Stagiritam plane et optime imitasse, comperimus. Aristoteles enim hominem semper, utpote qui naturae animalis singulus quidam, quamvis praecipuus, exstet, contemplatur, ita ut nullam nisi anatomiam comparativam sic dictam cognoscat: recentiores autem fere nostris temporibus tenus multo cum damno hominem plane separatum, animalium caeterorum societate dissoluta, investigarent, ita ut iis animalium externae formae descriptio potius quam internarum partium diversitatis cognitio suffecisse videatur. Ex qua scrutandi ratione praesertim sequutum est detrimentum, quod notionibus physiologicis magna offerrentur impedimenta, et tardius progredi liceret. Attamen negari non potest, dum philosophi recentiores ad Platonicam cogitandi rationem magis reverterentur, Aristotelis indagandi modum scholis, quae naturae exquirendae proprie operam dant, adhuc servari, nihilque nobis relictum esse, nisi exspectare, fore ut seriora tempora eo perventura sint, quod utrumque in dies meliore modo conjungatur, ut et singula prosequantur, et universitatem singulorum auxilio clarius perspiciant!

PARS II.

PHILOSOPHORUM VETERUM
USQUE AD THEOPHRASTUM
DOCTRINA DE SENSU.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΕΡΕΣΙΟΥ
ΠΕΡΙ ΑΙΣΘΗΣΕΩΣ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΙΣΘΗΤΩΝ.

THEOPHRASTI ERESII
DE SENSU ET SENSILIBUS
FRAGMENTUM HISTORICO-PHILOSOPHICUM.

TEXTUS DENUO RECOGNITUS, PRIMA CONVERSIO LATINA, ANNOTATIONES CRITICAE ET COMMENTARIA.

ARISTOTELIS
DOCTRINA DE SENSIBUS.

THEOPHRASTI ERESII
FRAGMENTA LIBRI SECUNDI
ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ
E PRISCIANI LYDI METAPHRASI EXCERPTA.

INTRODUCTIO.

§. 1.

Inter omnes priores *Theophrasti* operum editiones non ulla libellum nostrum foras dedit praeter eam, quam curavit *Camotius* Venet. 1552. 8. Edidit autem libellum ex codice, ut videtur, Veneto biblioth. S. Marci no. 263 chartaceo recentiore, ultimum inter omnes locum merito, et ex Parisino secundo biblioth. regiae no. 2073 chartaceo recentiore, qui folio 105 sqq. continet librum, additis praeterea variis lectionibus cod. Vossiani in Biblioth. Leidensi repositi, secundo loco digni. Anno autem 1536 edidisse librum *V. Trincavelus* a *Fabricio* [1]) dicitur, quam editionem in titulo promissam nunquam in lucem proditam fuisse, asseverat *Schneider* [2]). Re vera tamen vulgo habetur editus ab *H. Stephano*, cujus editioni titulus inscriptus est: Aristotelis et Theophrasti scripta aliquot, quae nondum apparuerunt Par. 1557. 8., ex cod. Florentino biblioth. Laurentianae Plutei 87. no. 20. forma quadruplicatae bombycinae chartae, qui praeter alia continet f. 147 sqq. *Θ. π. αἰσθήσεων*, et cui tertius est assignandus locus; scriptura passim evanida, praecipue in emendationibus, eadem, ut videtur, manu adscriptis. Itaque libello in caeteris Theophrasti editionibus neglecto, beatus *Schneider* laude excellit, qui primus eum ex ob-

---

[1]) B. gr. II. p. 243.

[2]) Cur. secund. v. II. p. 616. Ipse quoque inspexi exemplar apud Bibliopolam neque inveni nostrum. Titulus est: *Alex. Aphrod.* quaestiones naturales, de anima, morales. — Metaphrasis e Damasii com. in l. I. de coelo. — Epitome etc. — Theophr. de sens. — Prisc. Lydi Metaphr. in Theophr. l. de sensu et phant. 1536. fol. Sed usque ad p. 37 b. Alex. quaest. vergunt et loco caeterorum ad p. 48 a. idem de fato.

scuritate, qua latebat, denuo retulit, eique inter reliqua Eresii scripta locum assignavit, quorum in editionis praeclarae tomo primo [1]) textus habetur, ex editione Camot. repetitus, cum edit. H. Steph. et cod. Voss. scriptura comparatus et passim emendatus. Varias lectiones et emendationes plurimas Schneideri in textu non positas invenis in annot. ad libellum T. IV. [2]). Postea autem in curis secundis sic dictis [3]) emendationum novarum seriem conduxit, de quibus ipsum audias loquentem: «Experiar igitur solo ingenio fretus, post iteratam libelli egregii lectionem, si quid mendorum, quae multa in eo supersunt, vel tollere, vel ingeniis felicioribus corrigenda indicare possim». Quas emendationes saepissime multo clariores quam primas, tamen saepe multo audaciores quoque collatas esse confitendum est. Ad tertium demum examen revocavit illum in auctario lectionum variarum [4]), cui accessit Syllabus emendandorum et addendorum [5]). Auctarium enim illud varias lectiones e codice Parisino et Florentino collectas, quas obtulit *Brandis*, et nonnullas conjecturas a *Diam. Coray* propositas continet. Codex enim Parisinus biblioth. regiae chartaceus n. 1921 continet f. 279 sqq. *Θ. π. αἰσθήσεων*, omnium praestantissimus, cujus auxilio multa loca emendari ac restitui possunt. Florentinus autem idem est, ex quo H. Steph. librum vulgavit. Caeterum cod. Monacensem descripsit *Hard.* in Aretini Symbolis v. II. part. V. p. 6 [6]).

Quodsi igitur his narratum est de opera, quam *Ca-*

---

[1]) p. 647 — 685. [2]) p. 515 — 524. [3]) T. II. p. 616 — 625.
[4]) T. V. p. 141 — 146. [5]) ib. p. LII — LV.

[6]) cf. *Schneid.* ll. cc. *Fabric.* B. gr. T. III. p. 444. *Meurs.* Theophr. p. 629 (*Gron.* Thes. ant. gr. T. X.) In *Halleri* Bibl. anat. T. I. p. 52. haec leguntur: „de sensu l. seorsim prodiit lat. cum Prisciani Lydi expositione Bas. 1544. fol. B. Heins." Bibliothecae autem Heinsianae (LB. 12) illa capita, quae ad nostrum pertinent, frustra perquisivi. Nihil enim inveni praeter haec: sub n. 161. p. 203: „Theophrasti opp. cum I. Camerarii praef. Item Pr. Lydi expos. in Th. de sensu, phant. et intellectu Bas. Opor. 1544. fol." (v. infra.) quam editionem graecam non anno 1544, sed 1541 vulgatam esse constat ex ipsa.

motius, *Stephanus* et *Schneider* huic libello edendo navarunt: ut quaeratur sequi mihi videtur, quid praeter hos viri docti attulerint interpretantes, illustrantes et de rebus commemoratis disputantes. Frustra autem interrogatur: respondendum enim est: Nihil! Nam non solum in illis scriptis, quibus philosophorum disciplinae exponuntur, sed etiam in fragmentorum collectionibus diligentissime ac doctissime collatis omnibus, quot mihi occurrere, nullum inveni vestigium lectionis ac tractationis nostri opusculi. Ita, ut dicta exemplis probem, non solum in *Empedoclis*, *Anaxagorae*, *Democriti* aliorumque doctrina expedita apud *Meinersium*, *Sprengelium*, *Heckerum*, *Ritterum* aliosque, sed etiam in *Empedoclis* fragmentorum collectione *Sturzii*[1]), *Anaxagorae Schaubachii*, *Diogenis Apolloniatae Panzerbieteri*, in historia historiae philosophiae *Cari*, Theophrasti demonstrationes de philosophorum antiquorum sententiis plane nos deficiunt. Quamobrem, ut libellus egregius e tenebris, quae solae de tanta negligentia incusandae videntur, magis ad lucem referatur, operae pretium facturus mihi videor, novam editionem curaturus, codice Parisino, Schneideri emendationibus et meis ipsis, quas plerumque e locis rebusque paullo accuratius comparatis proferre ausus sum, adjutus, primam conversionem additurus, et commentaria, quibus philosophorum sententiae de sensu ad summa eorum principia reducuntur, adjecturus. Notae, quibus in annotationibus criticis usus sum, hae sunt: *Par.* = cod. Parisinus; *Flor.* = cod. Florentinus; *Voss.* = cod. Vossianus; *Cam.* = edit. Camotiana; *Steph.* = edit. Stephani; *Schn.* = edit. Schneideri; *Vulgata* lectio = ante edit. Schn.; *Priores* = editt. omnes ante meam.

---

1) Mirandum est, quod *Sturzius* unum tantum ac parvum locum Theophrasti laudat, caeteros et versus Empedoclis ab eo traditos omisit v. p. 421. Unus *Brandis* libellum citat ad versus Parmenidis 147—149 Eleatic. comm. II. p. 129, quem secutus *Ritter* Gesch. d. Phil. p. 484.

§. 2.

Celeberrimos antiquitate fuisse Theophrasti libros, quibus titulus erat: *τὰ φυσικά* s. *ἱϛορία φυσική* [1]), e plurimis locis a veteribus laudatis patet. Quorum ordo, quantum erui licet, hic erat: Primi libri initio, ut decebat, de principiis (*ἀρχαὶ καὶ ϛοιχεῖα*) disputavit [2]). Quibus absolutis in eodem libro et secundo *περὶ κινήσεως* disseruit [3]). Tertium librum *περὶ οὐρανοῦ* conscripsit [4]). Quartum et quintum *περὶ ψυχῆς* [5]). Omnium numerus erat duodeviginti [6]). In his libris Theophrastus ita agere solitus esse videtur, ut primum, praeceptoris exemplum secutus, philosophorum sententias majorum exponeret, ubi annotari licet, Theophrastum, si non nunquam, certe raro judicia de Aristotelis opinionibus dedisse [7]). Duo autem

---

[1]) *ἱϛορ. φυσ.* laudat **Simplicius** ad Aristot. phys. p. 33. Sed quod *ἱϛορ. φυσική* apud *Diog. Laërt.* in *φυτική* mutandum est, et verborum argumentum *τὰ φυσικά* produnt, eosdem fuisse libros censeo. Antiquos in scriptis citandis non admodum accurate egisse de titulis, notum est.

[2]) cf. *Simpl.* l. l. p. 1. 5. 6.

[3]) *Simpl.* repetit *ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ κινήσεως* p. 225. 230. Sed p. 201. *ἐν. τ. πρ. τ. ἑαυτοῦ φυσικῶν*, ubi eadem motus definitio datur, quam p. 110 invenit *ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ τ. φυσ.* Si quidem Simplicii hic locus corruptus errorem continet, alius laudatur p. 230, qui bene demonstrat conjunctionem et transitum de principiis ad motum, at melius p. 56: *ἐπεὶ δὲ οὐκ ἄνευ μὲν κινήσεως οὐδὲ περὶ ἑνος λεκτέον κτλ.*, ubi dicitur *ἐν. τ. πρ. τ. φυσ.* Dicitur p. 94: *ἐν τῷ δευτέρῳ π. κιν.*, quae mox sequitur: *ἐν τῷ τρίτῳ*, ubi iterum *ἐν τῷ πρώτῳ* collocandum videtur, quum illa definitio iisdem verbis pronuntiata tradatur. Praeterea Diog. L. enumerat bis libros de motu, primum tres V, 44 p. 293. tum duos s. 49. p. 295.

[4]) Dilucide ait *Simpl.* p. 187: *ἐν τρίτῳ τῶν φυσικῶν ἢ περὶ οὐρανοῦ.* At Diog. Laërt. enumerat singulum de coelo s. 50. p. 296.

[5]) Dilucide ait *Themistius* ad libr. III. de anim. Arist. p. 91: *ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν φυσικῶν, δευτέρῳ δὲ τῶν περὶ ψυχῆς.*

[6]) cf. *Diog. Laërt.* V, 46 p. 294.

[7]) cf. *Simpl.* p. 4. 6. *Alex. Aphrod.* ad Arist. Meteor. p. 17. (ed. lat.) ad Metaph. p. 14. 18. *Bessarion* c. calumn. Plat. III, 11 p. 32, 7. *D. L.* 9, 22. *Cic.* Ac. II., 39. *Stob.* Ecl. c. 27. p. 561. *Panzerbieter* ait (Diog. Apollon. p. 30): „Theophrastum de Diogene egisse — quamquam peculiari libro id factum esse non putaverim, quum nullibi talis Theophrasti liber memoretur." Magis falso pergit: „Sed pauca ea — vel e libro *π. σοφῶν* hausta erant, vel obiter Theophrastus Diogenis meminerat in libris, quos de Anaxagora conscripserat etc." Th. enim saepius locis suis de Diogene scripsisse videtur, ita de prin-

Theophrasti fragmenta de sensu possidemus, nostrum et Prisciani Lydi metaphrasin, quae eo differunt, quod in illo de philosophorum antiquorum, Aristotele excepto, sententiis de sensu exponitur, in metaphrasi de Theophrasti ipsius opinionibus dicitur. Sed duos quoque latos esse Theophrasti de sensu libros patet, quod *Diog. Laërt.* librum peculiarem enumerat [1]), et quod in libris de anima de sensu quoque multa loquutum esse Nostrum video, non solum quoniam Aristoteles idem fecerat, sed etiam quia *Priscianus* ex uno libro de sensu, phantasia et intellectu exposuit, quocirca librum de anima recte nominavit *Ficinus* [2]). Interrogetur igitur, utrum fragmentum nostrum ad libros de anima, an ad librum de sensu pertineat. Credo ad hunc, quum nihil de animo, nisi de *τῷ φρονεῖν*, quod ex antiquorum opinionibus necessarium erat, exponatur [3]). Fragmentum autem excerptum tantum quoque esse, ex ipsius permultis intelligas locis, quorum et verborum et sententiarum nexus minimus nec Theophrasti esse apparet.

---

cipiis in libris de principiis, de sensu; in libro de sensu, de plantarum generatione in hist. pl. (3, 1 §. 4) etc. Attamen D. L. commemorat in elencho Theophr. operum post libros *π. τῶν Ἀναξαγ.* et *π. τῶν Ἀναξιμ.* libellum *τῶν Διογένους συναγωγὴ α'*. l. l. s. 43.

1) V, 42 p. 292.

2) praef. in vers. lat. Prisc. p. 755. T. II. opp. omn.

3) Hîc de titulo disserendum videtur. ***Steph.*** dedit *περὶ αἰσθήσεως*, quod ***Voss.*** quoque habet, ***Cam.*** autem *π. αἰσθήσεων*, cui consentit ***Par. Flor.*** et ***Diog. L.***, ubi vero ***Meursius*** (Theophr. p. 629) *π. αἰσθήσεως* voluit. ***Schn.*** autem ad *π. αἰσθήσεως* adjecit *καὶ περὶ αἰσθητῶν*, Aristotelem secutus. Ita etiam ***Plutarchus*** pl. ph. IV, 8 *π. αἰσθήσεων καὶ περὶ αἰσθητῶν*. Quamquam igitur codd. meliores, Diog. L. et Plut. *π. αἰσθήσεων* habent, tamen Schneideri titulum conservavi, quod in opere ipso bis *π. αἰσθήσεως*, tum etiam *π. αἰσθητῶν* dicitur (§. 1. 58. 59.).

---

1 Περὶ δ' [1]) αἰσθήσεως αἱ μὲν πολλαὶ καὶ καθόλου δόξαι
δύο εἰσίν. Οἱ μὲν γὰρ τῷ ὁμοίῳ ποιοῦσιν, οἱ δὲ τῷ ἐναν-
τίῳ [2]). Παρμενίδης μὲν καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Πλάτων τῷ
ὁμοίῳ, οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Ἡράκλειτον [3]) τῷ ἐναν-
τίῳ. Τὸ δὲ πιθανὸν ἔλαβον οἱ μὲν, ὅτι τῶν ἄλλων τε τὰ
πλεῖςα τῇ ὁμοιότητι θεωρεῖται, καὶ ὅτι σύμφυτόν ἐςι πᾶσι
τοῖς ζώοις [4]) τὰ συγγενῆ γνωρίζειν· ἔτι δ' ὡς τὸ μὲν αἰ-
σθάνεσθαι τῇ ἀποῤῥοίᾳ γίνεται, τὸ δ' ὅμοιον φέρεται
2 πρὸς τὸ ὅμοιον. Οἱ δὲ τὴν αἴσθησιν ὑπολαμβάνοντες
ἐν ἀλλοιώσει γίνεσθαι [5]), καὶ τὸ μὲν ὅμοιον ἀπαθὲς ὑπὸ
τοῦ ὁμοίου, τὸ δ' ἐναντίον παθητικὸν, τούτῳ προσέθεσαν
τὴν γνώμην· ἐπιμαρτυρεῖν δ' οἴονται [6]) καὶ τὸ περὶ τὴν
ἀφὴν συμβαῖνον· τὸ γὰρ ὁμοίως τῇ σαρκὶ θερμὸν ἢ ψυ-
χρὸν οὐ [7]) ποιεῖν αἴσθησιν. Καθόλου μὲν οὖν περὶ αἰ-
σθήσεως αὗται παραδίδονται [8]) δόξαι. Περὶ ἑκάςης δὲ
τῶν κατὰ μέρος οἱ μὲν ἄλλοι σχεδὸν ἀπολείπουσιν, Ἐμ-
πεδοκλῆς δὲ πειρᾶται καὶ ταύτας ἀνάγειν εἰς τὴν ὁμοιό-
3 τητα [9]). Παρμενίδης μὲν γὰρ ὅλως οὐδὲν ἀφώρικεν, ἀλλὰ
μόνον, ὅτι δυοῖν [10]) ὄντοιν ςοιχείοιν κατὰ τὸ ὑπερβάλλον
ἐςὶν ἡ γνῶσις· ἐὰν γὰρ ὑπεραίρῃ τὸ θερμὸν ἢ τὸ ψυχρὸν,
ἄλλην γίνεσθαι τὴν διάνοιαν· βελτίω δὲ καὶ καθαρωτέραν
τὴν διὰ τὸ θερμόν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταύτην δεῖσθαί τι-
νος συμμετρίας·

---

1) Omittit Cam. 2) τῷ ἐναντίον Cam. et Voss. 3) Ἡράκλητον Cam. Malim Δημόκριτον, v. comm. c. 1. 4) Par. et Flor., falso priores αἰσθητοῖς. 5) Male omittunt Par. et Flor. Male repetunt verba τῇ ἀποῤῥοίᾳ — πρὸς τὸ ὅμοιον Cam. quae pergit: ἅπαντες ὑπὸ τοῦ ὁμοίου, et Voss., qui pergit: καὶ τὸ μὲν ὅμοιον ἅπαντα ὑπὸ τοῦ ὁμοίου. 6) Schn. rectum voluit; priores ἐπιμαρτυροῦν. δ' Schn. conjecit et Par. et Flor.

Multae quidem feruntur opiniones, sed in universum 1
duae de sensu, quippe quem alteri simili, alteri contrario fieri putant. Parmenides enim, Empedocles et Plato simili, qui autem Anaxagorae et Heracliti auctoritatem sequuti, contrario. Quorum illi argumentum duxerunt, et quod reliquorum plurima similitudine percipiantur, et quod omnibus animalibus congenita sit facultas, cognata cognoscendi: demum quod sensus profluvio efficiatur, simile autem ad simile feratur. Qui autem sensum in mu- 2
tatione fieri opinantur, simileque a simili non affici, contrarum vero passioni obnoxium esse, hanc opinionem probaunt hisce: nam quae ad tactum accidant, ut quod carni calore frigoreve simile sit, sensum non injiciat, haec testari eistimant. In universum igitur de sensu hae traduntur opiniones. De singulis autem sensibus caeteri fere omnes nihil disputant, Empedocles vero hos quoque ad similitudinem reducere conatur. Parmenides enim plane nihil 3
definivit, nisi tantum, inter duo elementa id quod superet intellectum proferre. Calido enim aut frigido superante, diversam fieri cognitionem, eamque meliorem et puriorem calido. Sed vel hanc convenientia quadam egere:

---

affirmarunt. *φοντο* aut *ὄμενοι*, omisso *δὲ*, voluit *Schn.*, sed v. 8) [7]) Omittunt priores, sed conjecit *Schn*, quod affirmari credo §. 28. [8]) *παραδίδονται* ex *Cam.* loco *παραδέδονται* *Steph.*, *Voss.* et *Schn*, quia *ἀπολείπουσι* et *πειρᾶται*, secundum Theophrasti usum, sequuntur et *οἴονται* antecedit, quod quidem *Schn.* contra codd. mutari voluit, propter *προσέθ.*, profecto sine causa, quum *ἀπολ.* et *πειρ.* erga *παραδέδ.* durior videantur, quam *οἴον.* erga *προσέθ.* [9]) *Cam.* et *Par.* addunt *Παρμενίδου*, quod *Par.* repetit in §. 3. initio. [10]) *δυοῖν* *Cam.*

Ὡς γὰρ ἕκαστος (φησὶν) ἔχει κρᾶσιν [1]) μελέων πολυπλάγκτων, [2])
Τὼς νόος ἀνθρώποισι παρέστηκεν· τὸ γὰρ αὐτὸ
Ἐστὶν ὅπερ φρονέει μελέων φύσις ἀνθρώποισι,
Καὶ πᾶσιν καὶ παντί· τὸ γὰρ πλέον ἐστὶ νόημα.

4 Τὸ γὰρ αἰσθάνεσθαι καὶ τὸ φρονεῖν ὡς ταὐτὸ λέγει·
διὸ καὶ τὴν μνήμην καὶ τὴν λήθην [3]) ἀπὸ τούτων γίνε-
σθαι διὰ τῆς κράσεως. Ἂν δ' [4]) ἰσάζωσι τῇ μίξει, πό-
τερον ἔσται φρονεῖν ἢ οὔ, καὶ τίς ἡ διάθεσις, οὐδὲν ἔτι
διώρικεν. Ὅτι δὲ καὶ τῷ ἐναντίῳ καθ' αὑτὸ ποιεῖ τὴν
αἴσθησιν, φανερὸν ἐν οἷς φησι τὸν [5]) νεκρὸν φωτὸς μὲν
καὶ θερμοῦ καὶ φωνῆς [6]) οὐκ αἰσθάνεσθαι διὰ τὴν ἔκλει-
ψιν τοῦ πυρὸς, ψυχροῦ δὲ καὶ σιωπῆς καὶ τῶν ἐναντίων
αἰσθάνεσθαι· καὶ ὅλως δὲ πᾶν τὸ ὂν ἔχειν τινὰ γνῶσιν.
Οὕτω [7]) μὲν οὖν αὐτὸς ἔοικεν ἀποτέμνεσθαι τῇ φέσει τὰ
5 συμβαίνοντα δυσχερῆ διὰ τὴν ὑπόληψιν. Πλάτων δὲ ἐπι-
πλέον μὲν ἧπται τῶν [8]) κατὰ μέρος, οὐ μὴν εἴρηκέ γε περὶ
ἁπασῶν, ἀλλὰ μόνον περὶ ἀκοῆς καὶ ὄψεως. Καὶ τὴν μὲν
ὄψιν ποιεῖ πυρὸς, ἐξιοῦσαν μέχρι τινὸς συμφύεσθαι τῇ
ἀποῤῥοῇ· διὸ καὶ τὸ χρῶμα φλόγα εἶναι ἀπὸ τῶν σωμά-
των, σύμμετρα μόρια τῇ ὄψει ἔχουσαν, ὡς ἀποῤῥοῆς τε
γιγνομένης, καὶ δέον οὖν ἁρμόττειν ἀλλήλοις [9]). Καὶ οὕ-
τως ὁρᾷν ἡμᾶς· ὥσπερ ἂν εἰς τὸ μέσον τιθεὶς τὴν ἑαυ-
τοῦ δόξαν τῶν τε φασκόντων προσπίπτειν τὴν ὄψιν, καὶ
6 τῶν φέρεσθαι πρὸς αὐτὴν ἀπὸ τῶν ὁρατῶν. Ἀκοὴν δὲ
διὰ τῆς φωνῆς ὁρίζεται· φωνὴν γὰρ εἶναι πληγὴν ὑπ'
ἀέρος δι' ὤτων ἐγκεφάλου τε [10]) καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς·
τὴν δ' ὑπὸ [11]) ταύτης κίνησιν ἀπὸ κεφαλῆς μέχρι ἥπατος

---

[1]) ἑκάστῳ ἔχειν κρᾶσιν *Cam.* ἑκάστῳ ἔχει κρᾶσις *Steph. Schn.* ἑκάστοτε ἔχει κρᾶσιν *Par. Flor.* Ex his et *Aristot.* Metaph. III, 5. et *Alex. Aphr.* in Metaph. I, 1. p. 27. mea sunt v. *Brandis* comm. Eleat. I. p. 129. [2]) πολυπλαγτὼς νόος *Cam.* πολυκάμπτων *Arist.* [3]) τὸν λήθον *Cam.* [4]) omittit *Cam.* [5]) τὸ *Cam.* [6]) φωνῇ *Cam.* [7]) Ita cum *Par.*, priores οὕτως. [8]) τοῖς *Par.* [9]) Verba maxime perturbata ita in ordinem, qui convenire videtur, redegi. Collocata erant ita: πυρός· διὸ καὶ τὸ χρῶμα — ἁρμόττειν ἀλλήλοις, ἐξιοῦσαν μέχρι — ἀποῤῥοῇ, καὶ οὕτως ὁρᾷν ἡμᾶς· Quamobrem lacunam magnam putavit *Schn.*, qui haec fere sequi voluit: post ἀποῤ. γιγνομ.: ἐξερχομένης τῆς ὄψεως, et post ἁρμόττειν ἀλλήλοις: τά τε ἀποῤῥέοντα καὶ τὴν ὄψιν, ταύτην ἐξιοῦς.

Namque ut quisque (inquit) suam retinet per membra reflexa
Temperiem, sic mente valet mortalis ubique.
At quodcunque homini sapiat per membra facultas,
Non aliud cunctis cunctoque est: cernit enim plus.

Sentire enim et cogitare ceu idem dicit, ut et me- 4
moria et oblivio horum (*calidi et frigidi*) fiat mixtione. Si autem mixtione adaequata sint, sitne cogitatio an non, et qualis dispositio, nequaquam statuit. Quod vero ille etiam contrario (*frigido*) per se fieri opinetur sensum, patet ex his, quae dicit, mortuum nec lucem, nec calidum, nec vocem sentire propter ignis defectum, frigidum autem et silentium et contraria immo sentire: ac plane omne, quod existet, cognitionis cujusdam particeps esse. Ita quidem ipse effato suo praecidere videtur, quae probari difficile possunt. Plato autem accuratius de 5
sensibus singulis disputat, etsi non de omnibus, sed de auditu et visu tantum loquutus est. Atque ignem esse contendit visum, exeuntem donec cum alicujus rei effluvio coalescat. Colorem enim flammam esse e singulis corporibus (*emanantem*), partes visui accomodatas habentem, ita ut, effluvio facto, sibi convenire necesse sit (*flammam ex oc. et rei effluv.*). Et ita nos videre. Plato igitur tanquam in medio posuit sententiam suam inter illos, qui visum incidere, et illos, qui a visibilibus ferri ad eum contendunt. Auditum vero per vocem de- 6
finit: vocem enim pulsationem quandam ab aëre esse, per aures cerebrumque et sanguinem usque ad animam

---

κτλ. Quae multa audacter inserta profecto non necessaria mihi videntur, ἐξιοῦσαν etc. ad ὄψιν ποιεῖ πυρός collocatis. Ἐξιοῦσαν enim ad ὄψιν referendum esse, *Schn.* ipse consentit, quod elucet ex verbis, quae inseri voluit. cf. praeterea *Aristot.* de sens. c. 2. p. 1431 F. ed. *Pac.*; *Cam.* et *Par.*, quibus annuit *Schn.*, φλόγα εἶναι τὴν ἀπὸ τῶν κτλ. Sed §. 86 sine τὴν repetuntur eadem verba, et Platonis verba, quae *Schneidero* non occurrerant, haec sunt: φλόγα τῶν σωμάτων ἑκάστων ἀποῤῥέουσαν, ὄψει σύμμετρα μόρια ἔχουσαν. Tim. p. 382 *Bipont.* [10]) Priores: ἀέρος ἐγκεφάλου καὶ αἵματος δι᾽ ὤτων in ordinem aptum redegi et τε inserui e verbis iisdem *Platonis* Tim. p. 381. cf. *Plut.* pl. ph. 4, 19. [11]) priores ἀπὸ, sed, jam propter sequentia, posui e *Plat.* loco ὑπὸ.

ἀκοήν. Περὶ δὲ ὀσφρήσεως καὶ γεύσεως καὶ ἁφῆς ὅλως οὐδὲν εἴρηκεν, οὐδὲ εἰ παρὰ [1]) ταύτας ἄλλαι [2]) τινές εἰσιν,
7 ἀλλὰ μᾶλλον ἀκριβολογεῖται περὶ τῶν αἰσθητῶν. Ἐμπεδοκλῆς δὲ περὶ ἁπασῶν ὁμοίως λέγει, καί φησι τῷ ἐναρμόττειν εἰς τοὺς πόρους τοὺς ἑκάϛης [3]) αἰσθάνεσθαι· διὸ καὶ οὐ δύνασθαι τὰ ἀλλήλων κρίνειν, ὅτι τῶν μὲν εὐρύτεροι [4]), τῶν δὲ στενότεροι τυγχάνουσιν οἱ πόροι πρὸς τὸ αἰσθητὸν, ὡς τὰ μὲν οὐχ ἁπτόμενα διευτονεῖν [5]), τὰ δ' ὅλως εἰσελθεῖν οὐ δύνασθαι. Πειρᾶται δὲ καὶ τὴν ὄψιν λέγειν ποία τις ἐϛί· φησὶ γὰρ [6]) τὸ μὲν ἐντὸς αὐτῆς εἶναι πῦρ, τὸ δὲ περὶ [7]) αὐτὸ γῆν [8]) καὶ ἀέρα· δι' ὧν διϊὸν [9]) λεπτὸν ὂν, καθάπερ τὸ ἐν τοῖς λαμπτῆρσι φῶς [10]). Τοὺς δὲ πόρους ἐναλλὰξ κεῖσθαι τοῦ τε πυρὸς καὶ τοῦ ὕδατος· ὧν τοῖς μὲν τοῦ πυρὸς τὰ λευκὰ, τοῖς δὲ τοῦ ὕδατος τὰ μέλανα γνωρίζειν· ἐναρμόττειν γὰρ ἑκατέροις [11]) ἑκάτερα· φέρεσθαι δὲ τὰ χρώματα πρὸς τὴν ὄψιν διὰ τὴν ἀπορ-
8 ῥοήν [12]). Συγκεῖσθαι δ' οὐχ ὁμοίως τὰς ὄψεις ἐκ τῶν ἀντικειμένων [13]), [ἀλλὰ ταῖς μὲν μεῖζον, ταῖς δ' ἔλαττον,] [14]) καὶ ταῖς μὲν ἐν μέσῳ, ταῖς δ' ἐκτὸς εἶναι τὸ πῦρ· διὸ καὶ τῶν ζώων τὰ μὲν [15]) μεθ' ἡμέραν [16]), τὰ δὲ νύκτωρ μᾶλλον ὀξυωπεῖν [17])· ὅσα μὲν πυρὸς ἔλαττον ἔχει, μεθ'

---

1) περὶ **Cam.** 2) ἀλλὰ **Cam.** 3) ἑκάϛους **Cam.** 4) addunt πρὸς **Cam.** et **Par.**, qui ϛενώτεροι habet. 5) *Schn.* veretur, ut sit sanum verbum; suspicor διαδιδόναι aut διατείνειν. 6) καί φησι δὲ *Par.* 7) ὑπὲρ **Cam.** 8) loco γῆν legi voluit ὕδωρ **Schn.**, quia sequuntur τοὺς δὲ πόρους ἐναλλὰξ κεῖσθαι τοῦ τε πυρὸς καὶ τοῦ ὕδατος, et sect. 17 τὴν γὰρ ὄψιν ὅταν ἐκ πυρὸς καὶ τοῦ ἐναντίου συϛήσῃ. Sed primum quaerimus, ubi aër in his? Tum: nonne in poris tantum ignis et aqua tenetur, uti **Emp.** v. 280. 282. ait: ἐν μήνιγξιν–πῦρ, αἱ δ' ὕδατος βένθος ἀπέϛεγον ἀμφινάοντος? Membranae autem ipsae, quae ignem retinent et aquam, ex terra et aëre constant, ut fortasse ita omnia quatuor elementa, quae Empedoclea sunt, hîc colligantur. 9) Malim ἐξιὸν, secundum *Aristot.* sens. II. p. 1430 ed. *Pac.* ἐξιόντος ὥσπερ ἐκ λαμπτῆρος τοῦ φωτός et **Emp.** v. 283: πῦρ δ' ἔξω διαθρῶσκον. 10) Sentit lacunam **Schn.**, qui φαίνειν apponi voluit. Malim: καθάπερ τὸ ἐκ τῶν λαμπτήρων φῶς, βλέπειν, sec. *Arist.* v. l. et ibidem: ἐξίοντος τοῦ φωτὸς, ὥσπερ εἴρηται πρότερον βλέπειν; sive: καθάπερ ἐν τοῖς λαμπτῆρσι, τὸ φῶς. 11) vulgabatur ἑκατέραις. 12) vulgo continue legebatur cum sequentibus. 13) priores

penetrantem. Natam dein ex ea motionem a capite us-
que ad jecur, auditum. De olfactu autem et gustu et tactu
plane nihil docuit, neque an praeter hos alii quidam ex-
stent sensus, sed de sensilibus potius disputavit accuratius.
Empedocles vero simili modo de omnibus loquitur, con- 7
tendens, sensum fieri, quod (*sensilia*) ad cujusque (*sen-
sus*) meatus conveniant. Ideo nos sensus mutuos dis-
cernere non posse, quod his latiores, illis angustio-
res fortuito sint ad sensile meatus, ut haec, quamvis (*pro-
prium sensorium*) attingant, usque ad sensus sedem pe-
netrare, illa plane intrare non possint. Conatur etiam
quis sit visus dicere. Visus quidem internum esse ignem
asserit; circa hunc terram et aërem, per quos tenuis lux,
ut in lucernis, exeat. Meatus autem alternis et igne et
humore refertos esse, quorum illis, qui ignem contineant,
alba, his, qui humorem, nigra percipiantur: utraque enim
utrisque convenire: colores vero ad visum ferri effluvio.
Non autem simili modo ex contrariis compositos esse 8
visus, (sed illis plurem, his minorem), illis medium, his
externum esse ignem: ideo animalium alia interdiu,
alia noctu acutius cernere: nam quae ignis minus ha-
beant, interdiu, (quibus exaequetur lux interna ab ex-

---

legebant: *ὁμοίως, τὰς δ' ἐκ τῶν ἀντ. κτλ.* Quocirca *Schn.* manca esse ea opinatus, ita sententiam plenam fieri voluit: „Prius membrum hujusmodi fere fuisse videtur: *οὐχ ὁμοίως τὰς ὄψεις, ἀλλὰ τὰς μὲν ἐκ τῶν αὐτῶν, τὰς δ' κτλ.*" Sed falsus erat vir egregius. Nam quid in Empedocleis *ἐκ τῶν αὐτῶν*? Nonne in omnibus oculis ignem et aquam agnovit philosophus? Nonne igitur omnes *ἐκ τῶν ἀντικειμένων* compositi sunt? Videas: *ἐν τοῖς ἐναντίοις ἑκάτερον*, sequentia et *ἀμβλυωπεῖν μὲν γὰρ κτλ.* Videas antecedentia *τοὺς δὲ πόρους ἐναλλὰξ κτλ.* Conferas verba *Arist.* de caesiis *Emp.* oculis gen. an. 5, 1. Quocirca non dubitavi loco *τὰς δ'* ponere *τὰς ὄψεις.* Sed [14]) post *ἀντικειμένων* lacunam esse, demonstrant sequentia, quibus narratur, quae diversa videndi ratio majore minoreve igne fiat, et annuit *καὶ*, quocirca ut recte intelligatur sententia, verba nonnulla, quae cum sequentibus conveniant, inserui, uncis tamen inclusa. [15]) *μένον Cam.* [16]) *ἡμέραι Cam. ἐν ἡμέρᾳ Par. Voss.* [17]) *ὠξυωπεῖν Cam.*

ἡμέραν· (ἐπανισοῦσθαι γὰρ αὐτοῖς [1]) *τὸ ἐντὸς φῶς ὑπὸ τοῦ ἐκτός·) ὅσα δὲ τοῦ ἐναντίου, νύκτωρ· (ἐξαναπληροῦσθαι γὰρ καὶ τούτοις τὸ ἐνδεές·) ἐν δὲ τοῖς ἐναντίοις ἑκάτερον· ἀμβλυωπεῖν μὲν γὰρ καὶ οἷς ὑπερέχει τὸ πῦρ· ἐπαυξηθὲν [γὰρ]* [2]) *ἔτι μεθ' ἡμέραν ἐπιπλάττειν* [3]) *καὶ καταλαμβάνειν τοὺς τοῦ ὕδατος πόρους· οἷς* [4]) *δὲ τὸ ὕδωρ, ταὐτὸ τοῦτο γίνεσθαι νύκτωρ· καταλαμβάνεσθαι* [5]) *γὰρ τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ ὕδατος, ἕως ἂν τοῖς μὲν ὑπὸ τοῦ ἔξωθεν φωτὸς ἀποκριθῇ τὸ ὕδωρ, τοῖς δ' ὑπὸ τοῦ ἀέρος τὸ πῦρ· ἑκατέρων γὰρ ἴασιν εἶναι τὸ ἐναντίον. Ἄριϛα δὲ κεκρᾶσθαι* [6]) *καὶ βελτίϛην εἶναι τὴν ἐξ ἀμφοῖν ἴσων συγκειμένην* [7]). *Καὶ περὶ μὲν ὄψεως σχεδὸν ταῦτα λέγει.*

9 *Τὴν δ' ἀκοὴν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν γίνεσθαι ψόφων, ὅταν γὰρ ὑπὸ τῆς φωνῆς κινηθεῖσα ἠχῇ ἐντός* [8])· *ὥσπερ γὰρ εἶναι κώδωνα τῶν ἔσω* [9]) *ἤχων τὴν ἀκοὴν, ἣν προσαγορεύει σάρκινον ὄζον· κινουμένην δὲ παίειν τὸν ἀέρα πρὸς τὰ ϛερεὰ, καὶ ποιεῖν ἦχον. Ὄσφρησιν δὲ γίνεσθαι τῇ ἀναπνοῇ· διὸ καὶ μάλιϛα ὀσφραίνεσθαι τούτοις, οἷς σφοδροτάτη τοῦ ἄσθματος ἡ κίνησις· ὀσμὴν δὲ πλείϛην ἀπὸ τῶν λεπτῶν καὶ τῶν κούφων ἀποῤῥεῖν. Περὶ δὲ γεύσεως καὶ ἁφῆς οὐ διορίζεται καθ' ἑκατέραν* [10]), *οὔτε πῶς, οὔτε δι' ἃ γίγνονται, πλὴν τὸ κοινὸν, ὅτι τῷ* [11]) *συναρμόττειν τοὺς πόρους αἴσθησίς ἐϛιν· ἥδεσθαι δὲ τοῖς ὁμοίοις κατά τά* [12]) *τε μόρια καὶ τὴν κρᾶσιν, λυπεῖσθαι δὲ τοῖς ἐναντίοις.*

10 *Ὡσαύτως δὲ λέγει καὶ περὶ φρονήσεως καὶ ἀγνοίας· τὸ μὲν*

---

1) vulgatum *αὐτῷ* correxit *Schn.*, sequitur enim *τούτοις*. 2) addidit *Schn.* 3) *ἐπι... ώπτειν* *Cam.* *ἐπι άπτειν* *Voss.* 4) vulgatum *ὧν* emendavit *Schn.* respiciens ad: *καὶ οἷς ὑπερ.* 5) *γίνεσθαι*** καταλ.* *Cam.* 6) *Voss.* *κεκρῆσθαι* *Cam.* 7) *συγκειμένων* *Cam.* 8) Priores legunt: *ψόφων· ὅταν γὰρ — κινηθὲν ἠχῇ ἐντός·* *Schn.* ait: „Deesse videtur alterum membrum, nisi fuit scriptum: *κινηθὲν ἠχεῖν τὸ ἐντός.*" Sed quum verba comparasset cum sect. 21, suspicatus est: „*οὐκ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν γ. πόφ., ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔσωθεν, ὅταν ὑπὸ τῆς φωνῆς κινηθὲν ἠχῇ τὸ ἔνδον.*" Prima autem emendatione paullo emendatiora esse verba, videmus. Contra secundam commemorandum est, quod *τ. ἀπ. ἀκ. τ. ἔξωθεν γ. ψ.* recte se habent. Bene enim distinguit *Emp.* inter sonos externos et internos, quos magis *ἤχους* nominat. In sect. 21 autem *Theophr.*

terna;) quae autem plus, noctu, (quorum etiam deficiens restituatur). In contrariis vero consistere utrumque. Caecutire enim ea, quibus ignis abundet. Ignem enim auctum die humoris meatus obstruere et occupare: quibus autem humor abundet, iis idem fieri nocte, qua ignis occupetur ab humore, donec his ab externa luce discernatur humor, illis ab aëre ignis: utrorumque enim curationem effici contrario. Optime autem mixtum esse, praestantissimamque mixtionem, quae ex utroque aequali con-
stet. Et de visu haec fere docet. Auditum vero ab ex- 9
ternis clangoribus fieri; si enim (*auris*) a voce mota intus resonet: namque tanquam tintinnabulum vocis intus repercussae esse aurem, quam nominat nodum carnosum, quaque mota feriatur aër contra partes solidas, ut sonus reddatur. Olfactum autem fieri respiratione: quocirca iis maxime olfactus contingat, quibus vehementissima sit anhelationis motio: odorem vero plurimum a rebus tenuibus et levibus effluere. De gustu tandem et tactu nihil definit pro singulo, nec quomodo, nec quibus fiant, nisi commune illud, quod sensus gignatur, (*sensibilibus*) ad meatus convenientibus: voluptatem autem capi ex similibus et secundum particulas, et secundum mixturam, do-
lorem ex contrariis. Eodem modo disputat de cognitione 10

---

demonstrare voluit, quomodo auditus nihil explicetur per sonos internos ab externis factos, quaerit enim: per quid audimus internos? *Plato* plagam aëris ad cerebrum etc. retulit. Non piget laudare verba *Aristot.*: *κινουμένου τοῦ ἔξω, τὸ εἴσω κινεῖ* anim. II, 8. p. 1401 A. Quia autem alterum membrum *ὅταν γ. ὑ. κτλ.* ipsum videtur, *τὴν ἀκ.* alterum, nam *ὑπὸ τῆς φωνῆς* exponit *ἀπὸ τ. ἔξ. ψοφ.*, et *ἠχῇ ἐντός* ad *ἀκοήν*, referendum est, ubi observari licet, saepe apud Theophrastum *ἀκοή* et *ὄψις* aures oculosve ipsos significare, ut statim *ἀκοὴν, ἣν κτλ.*: *ψόφων ὅταν* et *κινηθεῖσα*, ad *ἀκοήν* relatum, scribenda sunt, ut nihil habeat difficultatis sententia. Ex sequentibus enim argumentum aliud desumi potest, quod *ἀκοή* non *κώδων* esse potest, nisi *ἠχῇ*. Ita conjectura *Schn.* serior, quam *Sturzius* prius conjecit, Emp. p. 421: *κινηθῇ, ἠχεῖν ἐντός* superflua videtur. [9]) *ἔσω* recte pro *ἴσων* emendavit *Schn.* [10]) priores *ἑτέραν*, rectum conjecit *Schn.* [11]) priores *τὸ*, sed ego cum *Par.* *τῷ*, respiciens non solum ad verba §. 7., sed etiam §. 35. [12]) recte conjecit *Schn.*

γὰρ φρονεῖν εἶναι τοῖς ὁμοίοις, τὸ δ' ἀγνοεῖν τοῖς ἀνομοίοις, ὡς ἢ [1]) ταὐτὸν ἢ παραπλήσιον ὂν τῇ [2]) αἰσθήσει τὴν φρόνησιν. Διαριθμησάμενος γὰρ, ὡς ἕκαστον ἑκάστῳ γνωρίζομεν, ἐπὶ τέλει προσέθηκεν, ὡς ἐκ τούτων [στοιχείων] [3]) πάντα πεπήγασιν ἁρμοσθέντα, καὶ τούτοις φρονέουσι καὶ ἥδονται καὶ ἀνιῶνται [4])· διὸ καὶ τῷ αἵματι μάλιστα φρονεῖν· ἐν τούτῳ γὰρ μάλιστα κε-

11 κρᾶσθαί ἐστι τὰ στοιχεῖα τῶν μερῶν. Ὅσοις μὲν οὖν ἴσα καὶ παραπλήσια μέμικται, καὶ μὴ διὰ πολλοῦ, μηδ' αὖ μικρὰ μηδ' ὑπερβάλλοντα τῷ μεγέθει, τούτους φρονιμωτάτους εἶναι, καὶ κατὰ τὰς αἰσθήσεις ἀκριβεστάτους· κατὰ λόγον δὲ καὶ τοὺς ἐγγυτάτω τούτων· ὅσοις δ' ἐναντίως, ἀφρονεστάτους. Καὶ ὧν μὲν μανὰ καὶ ἀραιὰ κεῖται τὰ στοιχεῖα, νωθροὺς καὶ ἐπιπόνους, ὧν δὲ πυκνὰ καὶ κατὰ μικρὰ τεθραυσμένα, τοὺς δὲ τοιούτους ὀξεῖς καὶ φερομένους [5]) καὶ πολλὰ ἐπιβαλλομένους ὀλίγα ἐπιτελεῖν, διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς τοῦ αἵματος φορᾶς. Οἷς δὲ καθ' ἕν τι μόριον ἡ [6]) μέση κρᾶσίς ἐστι, ταύτῃ σοφοὺς ἑκάστους εἶναι· διὸ τοὺς μὲν ῥήτορας ἀγαθοὺς, τοὺς δὲ τεχνίτας· ὡς τοῖς μὲν ἐν ταῖς χερσὶ, τοῖς δ' ἐν τῇ γλώττῃ τὴν [7]) κρᾶσιν οὖσαν. Ὁμοίως δ' ἔχειν καὶ κατὰ τὰς ἄλλας δυ-

12 νάμεις. Ἐμπεδοκλῆς μὲν οὖν οὕτως οἴεται καὶ τὴν αἴσθησιν γίνεσθαι καὶ τὸ φρονεῖν. Ἀπορήσειε δ' ἄν τις ἐξ [8]) ὧν λέγει πρῶτον μὲν, τί διοίσει τὰ ἔμψυχα πρὸς τὸ [9]) αἰσθάνεσθαι τῶν ἄλλων; ἐναρμόττει γὰρ καὶ τοῖς τῶν ἀψύχων πόροις· ὅλως γὰρ ποιεῖ τὴν μίξιν τῇ συμμετρίᾳ τῶν πόρων· διόπερ ἔλαιον μὲν καὶ ὕδωρ οὐ μίγνυσθαι, τὰ δ' ἄλλα ὑγρὰ καὶ [πάντα] περὶ ὅσων [10]) δὴ καταριθμεῖται τὰς ἰδίας κράσεις· ὥστε πάντα τε αἰσθήσεται, καὶ ταὐτὸ ἔσται μίξις καὶ αἴσθησις καὶ αὔξησις· πάντα γὰρ ποιεῖ τῇ συμμετρίᾳ τῶν πόρων· ἐὰν μὴ προσθῇ τινα διαφοράν.

---

1) male *Par.* ᾗ. 2) Male *Cam.* τὸ. 3) Inserui ex sequentibus. 4) πεπη... καὶ τούτοις φονέουσι καὶ ἥδονται *Par.* In lacuna consentit *Flor.* 5) Excidisse opinatus est *Schn.* ante φερομ. adverbium velut ταχέως. Equidem non; φερομ. enim hic significare mihi videtur virum, qui movetur quacunque re, ut in latinis: „multitudinis judicio ferun-

et inscitia: cognosci enim similibus, nesciri contra dissimilibus, ut vel eadem vel proxima sit sensui cognitio. Enarrans enim, quomodo quidque quoque cognoscamus, ad finem addidit, ex his (*elementis*) omnia congruenter mixta sunt, quibus sapimus, et delectamur et vexamur; quocirca sanguine maxime sapiatur, in quo partium elementa maxime mixta inveniantur. Quibus igitur **11**
similia et proxima mixta sint, nec longum per tempus, nec parva, nec quae magnitudine superent, tales prudentissimos esse et ad sensus acutissimos: secundum rationem iis proximos: quibus contraria, insipientissimos. At quibus rara insint et tenuia elementa, eos tardos et miseros, quibus vero densa et breviter contusa, eos acres et agiles esse, multaque agressos pauca perficere propter sanguinis lationis acritatem. Quibus autem in uno membro mixtio sit media, hoc omnes sapientes esse, ut hi oratores, illi opifices boni sint, quoniam his in manibus, illis in lingua talis sit mixtio. Similiter caeteras quoque facultates se habere. Empedocles igitur et **12**
sensum et cognitionem ita fieri putat. Primum vero ex his, quae dicit, dubitaverit quispiam, quid animata a reliquis differant sensu? Conveniunt enim (*sensibilia*) ad inanimorum quoque meatus: nam ubique misceri docet per meatuum convenientiam: ideo oleum et aquam non misceri, sane autem reliquos humores et (*omnia*) quorum mixturas proprias enumerat, ut omnia sentiant, eaedemque sint et mixtio et sensus et auctio: omnia enim fieri putat per meatuum convenientiam: nisi differentiam quan-

---

tur." Cic. off. 1, 32, ut adverbio non opus sit. 6) ἢ *Par.* 7) Malim ταύτην τὴν. 8) ἀποῤῥήσειας δ᾽ ἂν ἐξ *Steph.* recte *Cam.*, nam conferas s. 14. 35. et saepe. 9) vulgatum τῷ correxit *Schn.* 10) Priores legunt καὶ περὶ ὅσων, ex quibus excidisse unum vel alterum verbum, annotavit *Schn.*, nam omisso περὶ sententiam emendari non posse. Ego inserui πάντα, quum praeter humida de caeteris eorumque conditione loquutus sit multa *Emp.* (v. comm.) e. g. de magnete ferroque, et sequens πάντα ad haec referri videatur.

13 Ἔπειτα ἐν αὐτοῖς τοῖς ἐμψύχοις τί μᾶλλον αἰσθήσεται τὸ
ἐν τῷ [1] ζώῳ πῦρ ἢ τὸ ἐκτὸς, εἴπερ ἐναρμόττουσιν ἀλλή-
λοις· ὑπάρχει γὰρ ἡ συμμετρία καὶ τὸ ὅμοιον. Ἔτι δὲ
καὶ ἀνάγκη διαφοράν τινα ἔχειν, εἴπερ αὐτὸ μὲν μὴ [2]
δύναται συμπληροῦν τοὺς πόρους, τὸ δ' ἔξωθεν ἐπεισ-
ιόν [3]· ὥς' εἰ ὅμοιον ἦν πάντη καὶ πάντως [4], οὐκ ἂν
ἦν αἴσθησις. Ἔτι δὲ πότερον οἱ πόροι κενοὶ ἢ πλήρεις;
εἰ μὲν γὰρ κενοὶ, συμβαίνει διαφωνεῖν ἑαυτῷ [5]· φησὶ γὰρ
ὅλως οὐκ εἶναι κενόν· εἰ δὲ πλήρεις [6], ἀεὶ ἂν [7] αἰσθάνοιτο
τὰ ζῶα· δῆλον γὰρ ὡς ἐναρμόττει, καθάπερ φησὶ, τὸ
14 ὅμοιον. Καίτοι κἂν [8] αὐτὸ τοῦτό τις διαπορήσειεν, εἰ
δυνατόν ἐςι τηλικαῦτα μεγέθη γίνεσθαι τῶν [9] ἑτερογε-
νῶν, ὥς' ἐναρμόττειν, ἄλλως τε κἂν συμβαίνῃ [10], καθά-
περ φησὶ [11], τὰς ὄψεις, ὧν ἀσύμμετρος [12] ἡ κρᾶσις, ὅτε
μὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ὅτε δὲ ὑπὸ τοῦ ἀέρος ἐμπλαττομένων
τῶν πόρων, ἀμαυροῦσθαι. Εἰ δ' οὖν ἐςι καὶ τούτων συμ-
μετρία, καὶ πλήρεις οἱ πόροι τῶν μὴ [13] συγγενῶν, πῶς,
ὅταν αἰσθάνηται, καὶ ποῦ ταῦτα ὑπεξέρχεται; δεῖ γάρ τινα
ἀποδοῦναι μεταβολήν. Ὥςε πάντως ἔχει [14] δυσκολίαν· ἢ
γὰρ κενὸν ἀνάγκη ποιεῖν, ἢ ἀεὶ τὰ ζῶα αἰσθάνεσθαι πάντων,
ἢ τὸ μὴ συγγενὲς ἁρμόττειν, οὐ ποιοῦν αἴσθησιν οὐδ' ἔχον
15 μεταβολὴν οἰκείαν τοῖς ἐμποιοῦσιν. Ἔτι δὲ εἰ καὶ μὴ ἐναρ-
μόττοι [15] τὸ ὅμοιον, ἀλλὰ μόνον ἅπτοιτο καθ' ὁτιοῦν, εὔ-
λογον αἴσθησιν γίνεσθαι· δυοῖν γὰρ ἀποδίδωσι τὴν γνῶσιν,
τῷ τε ὁμοίῳ καὶ τῇ ἁφῇ· διὸ καὶ τὸ ἁρμόττειν εἴρηκεν·
ὥς' εἰ τὸ ἔλαττον ἅψαιτο τῶν μειζόνων, εἴη ἀναισθη-

---

1) omiserunt priores, sed *Flor.* et *Par.* habent. 2) omittit *Cam.* 3) ἐπισιὸν *Cam.* ἐπιδιὸν *Voss.* 4) παντὸς *Steph.* 5) omittit *Cam.* 6) πλήρης *Voss.* 7) omittit *Voss.* 8) καί τι κᾂν *Cam.* 9) omittit *Par.* vulgabatur γενέσθαι, quod correxit *Schn.* 10) *Cam.* habet: ἐναρμόττειν, ἄλλως τε καὶ συμβαίνει. Caeteri ἐναρμόττειν. Ἄλλως τε γὰρ συμβ. Ex *Cam.* conjecit egregie *Schn.* quae accepimus. 11) vulgabatur φασὶ, correxit *Schn.* 12) Priores legunt: ὧν σύμμετρος, *Flor.* ὧν ἡ σύμ., quod *Schn.* laudavit et ἂν addi voluit. Ego autem cum *Par.* ὧν ἀσύμ. *Theophr.* enim decertat *Emp.* sententias singulas, ita tamen, ut unam refutatam rursus concedat, sed alteram oppugnet. Ita in prioribus quaerit, num, externo cum interno igne conveniente, sensus fieri possit, qui

dam apponat. Dein in animatis ipsis quis magis sen- 13
tiet ignis animalis internus an externus? si quidem secum
conveniunt: convenientia enim et similitudo superat. Cae-
terum differentiam quandam habere (*internum ignem et
externum*) necesse est, si quidem ille ipse meatus explere
non potest, sed externus ingredi debet, ut, si simile ubi-
que et plane sensum efficeret, non foret sensus. Insuper
utrum meatus vacui sunt an pleni? si enim vacui, sequi-
tur, ut sibi ipse contradicat: plane enim non esse va-
cuum, dicit; si autem pleni, animalia semper sentirent;
simile enim, ut ait, convenire patet. Attamen hoc quo- 14
que ipsum dubitabit quisquam, tantaene possint magnitu-
dines fieri diversorum generis, ut quadrent, praesertim si ac-
cidunt, quae ait, ut oculi, quorum mixtio non convenit, mea-
tibus modo ab igne modo ab aëre obstructis, obscurentur.
Quae tamen si conveniant quoque, ac si meatus pleni sint
non cognatorum, quomodo, si sentitur, et ubi egrediun-
tur? Loci enim mutationem indicari quandam necesse
est. Itaque omnia difficultatem habent: nam aut vacuum
fieri oportet, aut semper et omnia sentiri ab animalibus,
aut convenire non cognata, quae nec sensum proferunt,
nec sensibilibus mutationem propriam praebent. Dein si 15
etiam simile non conveniret, sed attingeret tantum quod-
libet, sensum fieri rationi consentit. Duobus enim defi-
nit cognitionem, et simili et tactu, quocirca *ἁρμόττειν*
dixit, ut si res minor majores tangeret, nullus fieret sen-

---

per simile tantum fieri debuit? Nunc, num omnino talem magnitudinem ignes diversi generis accipere possint, ut conveniant, quum *Emp.* docuisset, oculos *ἀσυμμέτρους* obscurescere, modo ab igne, modo ab aqua meatibus obstructis? In sequentibus autem, si quidem horum convenientia exstaret, et meatus non connatis pleni essent, quomodo haec, si sentitur, evaderent? Ita credo necessitatem verbi *ἀσύμμετρος* intelligi, quam cod. *Par.* egregius affirmat et s. 8. *ἄριςα κτλ.* [13]) priores *μὲν*, sed emendavit *Schn.*, quod in annot. praecedente necessarium vidimus, et sequentibus *τὸ μὴ συγγενές* affirmatur. [14]) *ἔχειν Cam.* [15]) *ἐναρμόττει Cam. Par.*

*σία [1]). Ὅλως δὲ [2]) κατά γε ἐκεῖνον ἀφαιρεῖται [3]) καὶ τὸ
ὅμοιον, ἀλλὰ τῇ συμμετρίᾳ μόνον ἱκανόν [4])· διὰ τοῦτο
γὰρ οὐκ αἰσθάνονται [5]), φησὶν, ἀλλήλων, ὅτι τοὺς ἀσυμ-
μέτρους ἔχουσιν· εἰ δ' ὅμοιον ἢ ἀνόμοιον τὸ ἀποῤῥέον,
οὐδὲν ἔτι προσαφώρισεν· ὥϛ' εἰ οὖν [6]) τῷ ὁμοίῳ ἡ [7]) αἴ-
σθησις, ἤγουν [8]) διά τινα ἀσυμμετρίαν οὐ [9]) κρίνουσιν,
ἁπάσας [10]) ἀνάγκη τὰς αἰσθήσεις καὶ πάντα τὰ αἰσθητὰ*
16 *τὴν αὐτὴν ἔχειν φύσιν. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ [11]) τὴν ἡδονὴν
καὶ λύπην ὁμολογουμένως ἀποδίδωσιν, ἥδεσθαι μὲν ποιῶν
τοῖς ὁμοίοις, λυπεῖσθαι δὲ τοῖς ἐναντίοις· ἐχθρὰ [12]) γὰρ εἶ-
ναι· διὸ πλεῖϛον ἀπ' [13]) ἀλλήλων διέχουσι γέννῃ [14])
τε κράσει τε καὶ εἴδεσιν [15]) ἐκμακτοῖσι· αἰσθήσεις
γάρ τινας ἢ μετ' αἰσθήσεως ποιοῦσι τὴν ἡδονὴν καὶ τὴν λύ-
πην· ὥϛε οὐχ ἅπασι [17]) γίνεται τοῖς ὁμοίοις. Ἔτι εἰ τὰ συγγενῆ
μάλιϛα ποιεῖ τὴν ἡδονὴν ἐν τῇ ἀφῇ, καθάπερ φησὶ, τὰ σύμ-
φυτα μάλιϛ' ἂν ἥδοιτο καὶ ὅλως αἰσθάνοιτο· διὰ τῶν αὐτῶν*
17 *γὰρ ποιεῖ τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν ἡδονήν. Καίτοι πολλάκις
αἰσθανόμενοι λυπούμεθα κατ' αὐτὴν τὴν αἴσθησιν, ὡς
Ἀναξαγόρας φησὶν, ἀεί· πᾶσαν γὰρ αἴσθησιν εἶναι μετὰ
λύπης [18]). Ἔτι δ' ἐν τοῖς [19]) κατὰ μέρος [20])· συμβαίνει [21])
γὰρ τῷ ὁμοίῳ γίνεσθαι τὴν γνῶσιν· τὴν γὰρ ὄψιν, ὅταν ἐκ
γος· οὔτε γὰρ κοινὸς[1] *ἅπασι τοῖς ζώοις ἐςὶν, οὔτε τὴν αἰτίαν λέγει τῆς αἰσθήσεως βουλόμενος. Ἔτι δὲ οὐ τὸν ψόφον καὶ τὴν φωνὴν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν ἔοικεν ἀφορίζειν. Περὶ δὲ χρωμάτων σχεδὸν ὁμοίως Ἐμπεδοκλεῖ λέγει· τὸ γὰρ σύμμετρα ἔχειν μόρια τῇ ὄψει τὸ*[2] *τοῖς πόροις ἐναρμόττειν ἐςίν. Ἄτοπον δὲ τὸ μόνην ταύτην ἀποδιδόναι τῶν αἰσθήσεων*[3]*· ἔτι δὲ τὸ ἁπλῶς τὸ χρῶμα φλόγα [εἶναι]*[4] *λέγειν· τὸ μὲν γὰρ λευκὸν ἔχει τινὰ ὁμοιότητα· τὸ δὲ μέλαν ἐναντίον ἂν φανείη*[5]. *Τὴν δὲ τῶν ἄλλων μίξιν τὸ ἀφαιρεῖν ὅλως [καὶ] οὐκ ἐνδέχεσθαι ἀποδοῦναι ταῖς αἰτίαις, δεῖταί τινος λόγου καὶ πίςεως*[6]).

posita est; neque enim vox omnibus animalibus communis est, nec sensus caussam, quamquam studet, praebet Plato. Tum autem ne sonum et vocem quidem, sed sensum nostrum definire videtur. De coloribus vero similiter Empedocli loquitur: quod enim effluvium partes visui accomodatas habeat, idem est, quam quod meatibus conveniat. Inepte autem sensuum unicum illustrat visum, et colorem simpliciter flammam nominat: albus enim talis quodammodo videri potest, niger autem contrarius. Si autem rationes, quibus reliquorum colorum mixtio explicetur, plane tollit ac contendit, caussas non posse afferri: haec argumentum quoddam et fidem postulant.

---

1) Vulgatum *κοινῶς* correxit *Schn.* 2) *τῷ Cam. Par.* fortasse rectius, *ὁμοίως* repetito. 3) cf. §. 5. 4) Inserui. 5) *φραγείη Cam.* 6) Priores habent: *ὅλως οὐκ ἐνδέχεται δεῖται δέ τινος κτλ.*, ubi *Schn.* primum *τῷ* loco *τὸ* poni voluit, postea ita: *μίξιν ἀφορίζει ὅλως οὐκ ἐνδέχεσθαι ἀποδιδόναι τὰς αἰτίας κτλ.* Quae autem maxime offendunt Theophrasti usum, quo refutationem inducere solebat. Equidem *ἐνδέχεται* mutavi, *καὶ* inserui, *δέ*, quod omittit *Par.*, delevi.

Commentaria
in
Theophrasti librum
περὶ αἰσθήσεως καὶ περὶ αἰσθητῶν.

Cap. I.

Ad §. 1—2. *Aristoteles* quum de anima agere inciperet, in primo libro plurimas philosophorum majorum sententias de anima exposuit, fere nullas de sensu, postquam ad hanc partem tractandam in secundo libro et tertio pervenit. In libro tandem posteriore de sensu et sensili ad singula tantum nonnunquam de doctrina aliorum disputavit. *Theophrastus* vero, monumentis priorum de sensibus accuratius indagatis et collectis et recensitis, duas produxit summas sententias, quibus philosophi differant: Sensus fit *τῷ ὁμοίῳ, διὰ τὴν ὁμοιότητα — τῷ ἐναντίῳ, διὰ τὴν ἀλλοίωσιν.* Quae opinionum differentia iterum fundatur sententiis diversis: *τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου οὐ κριτικόν*[1]), sed *τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ γνωρίζεται*[2]) — *τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου ἀπαθές.* Inter philosophos enim, animam definire conatos, alteri definiverunt animam secundum motum [*Thales, Heraclitus, Pythagoraei, Alcmaeo, Leucippus, Anaxagoras, Democritus*][3]), alteri secundum intellectum et sensum

[1]) Th. §. 31. [2]) Arist. de anim. III, 3 T. 151. Sext. Emp. M. VII, 116.
[3]) Arist. anim. I, 2 T. 20.

[*Empedocles, Plato*][1]). Sed quum plurimi animam esse compositam ex elementis quatuor [*Empedocles*], aut duobus contrariis [*Parmenides*][2]), aut uno elemento [*Thales, Heraclitus, Diogenes, Democritus*], contenderent: reliqui [*Alcmaeo, Anaxagoras*] de motu tantum animae egerunt, ut aliud discrimen maximum sequeretur. (De *Platone* singularem viam ingresso v. infra.) Nimirum quam diu animae indolem ita ignorabant, ut eam ex elementis non aliter ac corpus conformatam esse existimarent[3]), tam diu iis *αἴσθησιν* et *φρόνησιν* eandem esse oportebat, quippe ex iisdem fieri utramque et simul: animae autem materiaeque viribus diversis cognitis, statim illae diversae apparuerunt, quod iis facilius contigit, qui animam secundum motum solum definiverunt. Ex quibus jam elucet, opinionem *τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι* idem esse, a priscis capiendam fuisse, ut Aristoteles [4]) et Theophrastus nuntiant. Quocirca Theophrastus per totum libellum hac de re opiniones variorum recenset, nobisque est officium, ad singulos eorum rationem accuratius explicandi. Illis vero summis doctrinae de sensibus principiis constitutis, duplicem percurrit Theophrastus seriem, alteram eorum, qui e similibus, alteram qui e contrariis sensus fieri putabant. Inter primos autem *Parmenidem* sequitur *Plato*, ut ad *Empedoclem* veniatur, qui, hanc seriem tanquam repraesentans, latius erat tractandus. Reliquorum tandem series ita peragitur, ut cum temporis ordine philosophiae progressae ratio attingatur. Quam ob caussam *Alcmaeonis* doctrina, in qua *Anaxagoricae* latebant semina, primum tractatur, post Anaxagoram *Clidemus* et *Diogenes*, qui fundamentis per Anaxagoram jactis nixi quidem, ta-

---

1) ib. T. 25. 2) ib. T. 35. cf. 28.

3) cf. *Plutarch.* de anim. procr. e Tim. p. 206 ed. *Reiske.*

4) anim. III, 3 T. 151: *καὶ οἵγε ἀρχαῖοι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταὐτὸν εἶναί φασιν — πάντες γὰρ οὗτοι τὸ νοεῖν σωματικὸν ὥσπερ καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ὑπολαμβάνουσιν.*

men paene novam viam ingressi sunt. *Democriti* sententiis additis, ad secundam libelli partem perventum erat de sensilibus, in qua Democritus et Plato praevalebant. Hanc autem ob rem in §. 1. *Δημόκριτον* loco *Ἡράκλειτον*, qui post Anaxagoram male positus nusquam iterum commemoratur, legi malim.

Ad §. 2: quid sit *ἀλλοίωσις* in ratione sensus definit Aristoteles: Tria sunt motus genera 1) *κατὰ τόπον — φορά*. 2) *κατὰ ποῖον — ἀλλοίωσις*. 3) *κατὰ ποσόν — αὔξησις καὶ φθίσις* [1]). Quid sit *τὸ ποῖον* alio loco definit [2]). Itaque tertio loco [3]) *ἡ ἀλλοίωσις* accuratius definitur hisce: *ἀλλοίωσις μέν ἐςιν, ὅταν ὑπομένοντος τοῦ ὑποκειμένου, αἰσθητοῦ ὄντος, μεταβάλλῃ ἐν τοῖς αὐτοῦ πάθεσιν, ἢ ἐναντίοις οὖσιν, ἢ μεταξύ*, et sensus, quomodo *ἐν ἀλλοιώσει* fiat, hisce [4]): *ἀλλοιοῦνται γάρ πως καὶ αἱ αἰσθήσεις· ἡ γὰρ αἴσθησις ἡ κατ' ἐνέργειαν, κίνησίς ἐςι διὰ τοῦ σώματος, πασχούσης τι τῆς αἰσθήσεως*. De vi autem hujus verbi in principiis generationis rerum bene disserit *Schaubach*, Anaxag. p. 76 sq.

Cap. II.

Doctrina Parmenidis ad §. 3—4.

Postquam *Xenophanes* primus e sententia: ex nihilo nihil fit, collegit, *ὅτι πᾶν τὸ γινόμενόν φθαρτόν ἐςι* [5]), i. e. ens nunquam gigni posse, sed semper ens fuisse; *Parmenides* in summa sua doctrina posuit hanc ratiocinationem: *ὅπως ἔςι τε καὶ ὡς οὐκ ἔςι μὴ εἶναι* [6]). Ens est,

---

[1]) Phys. VII, 2 T. 10.

[2]) ib. V, 2 T. 18: *οὐ τὸ ἐν τῇ οὐσίᾳ — ἀλλὰ τὸ παθητικὸν, καθ' ὃ λέγεται πάσχειν ἢ ἀπαθὲς εἶναι.*

[3]) gen. et corr. I, 2 T. 23. [4]) Phys. VII, 2 T. 12.

[5]) *Diog. Laërt.* IX, 19.

[6]) *Brandis*, comm. Eleat. P. II. v. 41. [cf. *Fülleborn* Beitr. z. d. Gesch. d. Phil. VI.] cf. *Aristot.* Metaph. I, 5. III, 4.

et non ens esse ne cogitari quidem potest[1]). Ens igitur nec genitum est, neque interiturum, neque erat, nec futurum est[2]). Ideo etiam ens unum est, non partitum, omne simile, omne entis plenum, omne continuum, ens ad ens proximum[3]). Ideo etiam ens immobile est, sed ideo etiam finitum, forma sphaerae[4]). Duo autem sunt elementa, lux et nox[5]), i. e. calidum et frigidum secundum Theophr. l. n. et Arist., qui tamen addit *οἷον πῦρ καὶ γῆν λέγων*[6]). Ex quibus non solum sidera, sol et luna, sed animalia quoque constant et maxime homo[7]). — De mente autem docuit haec: quum nihil sine ente et extra ens sit, intellectus idem est quam illud propter quod est, nimirum ens, et vice versa omne ens intellectum habet[8]). Intellectus igitur hominis secundum illorum elementorum, calidi et frigidi, mixtionem se habet, quorum quidem id, quod plus est, indolem constituit. Atque ut in homine, sic in universo et universis[9]). Eodem modo sensus se habent, quos bene Theophr. *τῷ ὁμοίῳ* fieri contendit, illis, quae Parm. de mortuis ediderat, nixus. Ex omnibus autem, quae Theophr. de doctrina Parm. tradit, probare ausim, Parmenidem constituisse in natura humana, ut Pythagoraei fecerunt, contrarietates, calidum — frigidum, vocem —

---

1) *οὐ γὰρ φατὸν, οὐδὲ νοητόν ἐστιν, ὅπως οὐκ ἔστι.* **Brand.** v. 65. 66.

2) *ὡς ἀγένητον ἐὸν καὶ ἀνώλεθρον — οὐδέ ποτ᾽ ἦν, οὐδ᾽ ἔσται.* **Brand.** v. 60. 62. cf. *Plato* de tempore disputans Tim. p. 317.

3) *οὐδὲ διαιρετόν ἐστιν, ἔπει πᾶν ἐστιν ὅμοιον — πᾶν δὲ πλεῖόν ἐστιν ἐόντος τῷ συνεχὲς πᾶν ἐστιν, ἐὸν γὰρ ἐόντι πελάζει.*

4) *αὐτὰρ ἀκίνητον — οὕνεκεν οὐκ ἀτελεύτητον τὸ ἐὸν θέμις εἶναι.* **Brand.** v. 87. 93. *πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ. μεσσόθεν ἰσοπαλὲς πάντη.* **Brand.** v. 104, 105.

5) *αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντα φάος καὶ νὺξ ὀνόμασται — πᾶν πλέων ἐστὶν ὁμοῦ φάεος καὶ νυκτὸς ἀφάντου ἴσως ἀμφοτέρων.* **Brand.** v. 123. 125. 126.

6) Metaph. I, 5. *Diog. L.* IX, 21. 7) *Diog. L.* l. l. 22.

8) *ταὐτὸν δ᾽ ἔστι νοεῖν τε καὶ οὕνεκέν ἐστι νόημα· οὐ γὰρ ἄνευ τοῦ ἐόντος, ἐν ᾧ πεφατισμένον ἐστὶν, εὑρήσεις τὸ νοεῖν.* **Brand.** v. 95 — 97. cf. Theophr. §. 4.

9) v. versus a Theophr. laudatos. cf. *Arist.* Metaph. III, 5. **Brand.** v. 147 — 150.

silentium etc. [1]). Quodsi igitur intellectum hominis mixtione calidi et frigidi in corpore humano, atque eadem sensum agi perhibens, sensum ab intellectu nondum distinxit Parm., et ut Theophr. ait, utrumque idem existimavit: quomodo, quaeso, fieri potuit, ut primus cognitionem sensuum a cognitione intellectus separaret, quod a multis contenditur [2])? Et intellectus et sensus est calidum frigidumque mixtum, ens, omneque ens intellectum et sensum habet. Sed nituntur illi versibus quibusdam [3]), in quibus equidem nihil video, nisi introductionem poëtice elatam in doctrinam abstractam de Ente, quam nec quisque invenire nec quisque percipere possit. Itaque his versibus, a dignitate, ne dicam superbia philosophi, secuti *Xenophanem*, qui paene nihil nos scire dixerat [4]), prolatis, atque statim illam allegoriam maxime poëticam, qua carmen incipit, sequutis, nihil aliud Parm. prodere voluisse mihi videtur, nisi „non tantum oculis, sed multa animi intentione sententias meas perspicias", Parm., qui obscurus a Platone edicitur. Sed si philosophice hac de cognitionis diversitate disputare voluit, pro sua doctrina dicere debuit: mixtione calidi ac frigidi conveniente, calido superante, melior fit cognitio et purior, sed hominum opiniones vulgares e contrariis [v. Th. §. 3]. Quam diu igitur calidum cum frigido, s. lux cum nocte in homine miscetur, tam diu intellectus veritatis debilis tantum esse potest [5]).

---

[1]) cf. *Aristot.* Metaph. I, 5. p. 1233.

[2]) *Plutarch.* ap. *Euseb.* p. 23: *Π. τὰς αἰσθήσεις ἐκβάλλει ἐκ τῆς ἀληθείας.* cf. *Theodoret.* cur. affect. gr. D. II p. 729. ed. *Schulze. Brand.* p. 133: „P. distincte primus et sensit et effatus est veram rerum naturam intelligentia tantum et ratione comprehendi, nec sensuum ullum de veritate esse judicium". cf. *Carus* Ideen z. Gesch. d. Phil. p. 291 et al. [3]) *Brand.* v. 28 — 38 et al.

[4]) id. §. 17. p. 60 sq. cf. *Cicer.* Acad. II, 23.

[5]) *Arist.* quoque tradit, Parmdi. *τὸ φρον. κ. τὸ αἰσθάν.* idem fuisse v. anim. 3, 8 init. coll. cum Metaph. III, 5. Translatio metrica versuum (§. 3.) partim *Brand.* p. 176 (versus duo primi) partim mihi debetur.

Cap. III.

Doctrina Platonis ad §. 5—6.

Quum supra[1]) a nobis dictum sit, Platonis philosophiam attigisse hellenicae cacumen, nunc nobis clarius demonstrandum est, quomodo haec intelligantur. Namque persuasum mihi habeo, Platonicae doctrinae vestigiis exquisitis, inventum fore, Nostrum ad nullam disciplinam pertinere neque ulli peculiariter adscribendum esse, sed ex omni eum aliquid exhausisse, quod excolendo, educendo, ornando atque ordinando ad altiorem promoveret gradum. Itaque omnium disciplinarum priorum principia tamquam materiam praebuerunt, ex qua circulum suum paene divinum finxit. Itaque omnes Platoni antecedere, Platonem omnibus succedere necesse erat, unoque annullo ex historiae philosophiae antiquae catena exsoluto, Platonis quoque doctrina aliam acciperet formam et conditionem. Omnium igitur fere disciplinae vestigia in Platonis doctrina inveniuntur[2]). Quae dicta paucis tantum exemplis affirmandi, hic locus est. Duo erant summa principia, unum Eleaticum, ut in cap. praecedente vidimus: „Ens est, haud genitum, haud interiturum, aeternum, unum"; alterum Jonicum: „Omnia ex uno orta sempiternas patiuntur vices." [*Thales*, *Anaximenes*, *Heraclitus* etc.] Plato igitur docet: „Ens non mutatum, sempiternum, idem — Fiens nunquam ens, intereuns"[3]), „Ens est *τὸ νοητόν*, et intellectu per rationis indaginem percipi potest — Fiens *τὸ δοξαστόν*, quod opinione per irrationalem sensum attingi potest." „Fiens, sensuale, exem-

---

[1]) p. 79. §. 4.

[2]) Multum apud me valet *Aristotelis*, quem dissimilatorem non existimo, judicium cf. Metaph. 1, 6, p. 1235, caput multi momenti hac in ratione.

[3]) Tim. p. 301 sq.

plo entis, mentialis, fictum est"[1]). [Quid aliud haec docent, quam mentem esse fundamentum omnium, quae sensibus subjacent?] „Mente in anima, anima in corpore posita, universum perfectum est" [*Anaxagoras, Diogenes Apollon.*][2]). [Quid aliud, quam mentem per vim suam moventem et activam (*ψυχήν*) provocasse vitam, manifestatam in materia? Per quid autem mens manifestatur extrinsecus? per visibile et tactabile:] „Fiens corporeum visibile et tactabile sit necesse est: visibile sine igne, tactabile sine solido i. e. terra fieri non potest: duo sine tertio, medio, solidum sine quarto, alto, esse non potest: itaque aër et aqua inter ignem et terram locum tenent secundum rationes easdem. Haec unum fieri necesse erat" [Pythagoraei][3]). Si quidem Plato his ultimis jam Pythagoraeos sequutus est, clarius hoc elucet e ratione, qua animam constructam esse docuit, quamque hîc paullo latius exponemus. Primum quidem contra Aristotelis errorem certandum est, qui Platonem juxta Empedoclem posuit, utpote qui animam ex elementis compositam putasset[4]). Opponam tantum verba Timaei in margine descripta[5]). Si autem Aristoteles affert caussam, *γινώσκεσθαι τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον*[6]), haec tantum ad visum ita a Platone explicatum, ut ignis internus ex oculis egrediatur et cum igne externo commisceatur (*ὅμοιον πρὸς ὅμοιον ξυμπαγὲς γενόμενον,*)[7]) referri possunt. Caeterum Aristoteles con-

---

[1]) ib. p. 302 sq. *Proclus* et *Simplicius* narrant, sententiam de mundo duplice, *τὸ νοητόν* et *δοξαστόν*, *Empedoclis* esse, sed quantum erraverint, videbimus in cap. sequente.

[2]) ib. p. 305.

[3]) ib. p. 307 sq. Geometrica corporis mundani ex elementis conformati ratio explicata est a *Boeckh*, Heideb. 1809. 4.

[4]) de anim. I, 2. T. 26.

[5]) Tim. p. 329: *πυρὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι — ἓν ἐξ ἁπάντων ἀπεργαζόμενοι σῶμα ἕκαστον, τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδουν εἰς ἐπίρρυτον σῶμα καὶ ἀπόρρυτον.*

[6]) cf. anim. l. l. T. 33. *Sext. E.* M. VII, 118. [7]) Tim. p. 333.

structionem animae mundi, quam Plato docuit, in summis tradit. Legas verba[1]).

Quamquam Anaxagoras jam et Diogenes differentiam quandam constituerunt inter *νοῦν* et *ψυχήν*, ut videbimus infra, tamen non accurate hanc observabant nec philosophice produxerunt. Apud Platonem autem hoc discrimen plane excultum inveniri, notum est. Attamen sensus *τῆς ψυχῆς* non ex omni parte comprehensus mihi videtur, si cum *Caro* et *Lichtenstaedtio*[2]) dicitur: „Psyche ist der Grund jeder inneren Thätigkeit und Veränderung des lebenden Wesen, zunächst zwar nur das athmende, dann aber auch das bewegende Princip. Was von Innen heraus das individuelle Dasein zum Wirken auf sich selbst und auf ein Aeufseres bestimmt, ist Psyche." Namque si *νοῦς* internum significat principium, quo rationes, conclusiones, judicia creantur, cogitatio[3]): *λόγος* illud, quod hoc principio producitur, cogitatum: *λογισμός* tandem cogitatum forma certa et apta gaudens — *ψυχή* sonat vim *τοῦ νοῦ* sese manifestandi et ex ea parte, qua movet externa, et ex ea, qua movetur externis. Itaque *ψυχή* non solum facultatem denotat motus, ex interno ad externum evecti, qua *νοῦς* vim exserit in externa, sed etiam facultatem, qua *νοῦς* externorum effectus i. e. sensus per-

---

[1]) de anim I, 3. T. 45: *συνεστηκυῖαν (τὴν ψυχήν) γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων καὶ μεμερισμένην κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς ἀριθμοὺς, ὅπως αἴσθησίν τε καὶ σύμφυτον ἁρμονίαν ἔχῃ καὶ τὸ πᾶν φέρηται συμφόρους φορὰς, τὴν εὐθωρίαν εἰς κύκλον κατέκαμψε· καὶ διελὼν ἐκ τοῦ ἑνὸς κύκλου δύο κύκλους δισσάχῃ συνημμένους, πάλιν τὸν ἕνα διεῖλεν εἰς ἕπτα κύκλους, ὡς οὔσας τὰς τοῦ οὐρανοῦ φορὰς τὰς τῆς ψυχῆς κινήσεις.* *Aristotelem*, ubi Timaei mentionem injicit, non alium quam Platonis Timaeum intelligere, observat *Boeckh* l. l. p. XXVIII. not. [2]). De nullo loco dubitari potest, nisi de hoc nostro et sens. c. 2, ubi dicit: *ὥσπερ ὁ Τιμαῖος λέγει* [alibi *ὥσπερ ἐν τῷ Τιμ. γέγραπται* e. g. Phys. IV, 2. T. 18. coel. I, 10. T. 109. II, 12. T. 75. resp. c. 2]. Attamen ne de sens. c. 2 quidem propter verba praecedentia dubitari potest, et ita etiam nequaquam de nostro.

[2]) l. l. p. 32 sq. [3]) cf. Tim. p. 347.

cipit: *ψυχή* sensus quoque ad *νοῦν* tanquam affert. Legas verba [1]) et conferas locum, quo infantibus *ἄνους ψυχή* adscribitur [2]). Hanc ob rem *ψυχή*, quae in medio consistit inter *νοῦν* et *σῶμα*, Platoni simplex apparere non potuit, sed mixta. Participem enim esse oportuit tum naturae *τοῦ νοητοῦ*, i. e. *τοῦ ἀεὶ ταὐτοῦ*, quoniam *νοῦς* quasi gremium est, ex quo emergit et ad quod redit; tum naturae *τοῦ θατεροῦ* i. e. *τοῦ γενομένου, αἰσθητικοῦ, δοξαςοῦ*, i. e. *τοῦ σωματικοῦ*, quoniam *τὰ σωματικά* quasi mare est, in quod influit et ex quo refluit; tum naturae quoque *τῆς οὐσίας*, i. e. formae, qua *νοῦς* et *σῶμα* conjuncta exstant. Intelligitur enim facile, *ψυχήν* hanc conjunctionis speciem ipsam non esse, sed *οὐσίαν* notare e. g. hominis omnem naturam unam, qua *ψυχή* quoque contineatur. Quibus cognitis, quaerendum erat Platoni, qua ratione haec *τρίας* in *ψυχῇ* mixta sit, sive qua ratione *φυχή* facultates, quibus ad haec tria pertineat, consequi possit? Hic mihi finis videtur esse, quo accesso, Plato e provincia sua plane in terram Pythagoricam effugit [v. verba Arist. l. l.]. Quod enim vidimus, *ψυχή* movet externa et externis movetur. Omnis autem motus, si quidem non rerum mortalium sit, latione quadam certa et firma feratur necesse est, atque animae facultas et activitas latio quaedam sit, *περίοδος, φορά*, legibus harmonicis constituta, ut Aristot. ait l. l. *μεμερισμένη κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς ἀριθμούς*. Leges autem hujus harmoniae constiturus, statim ad harmoniam musicam ductus est [3]), cui, quum mundus noster sensilis exemplo *τοῦ νοητοῦ* forma-

---

[1]) p. 330: *καὶ ὑπὸ πάντων τούτων* (igne, aëre etc. externo) *διὰ σώματος αἱ κινήσεις ἐπὶ τὴν ψυχὴν φερόμεναι — αἰσθήσεις κέκληνται.* cf. *Plut.* pl. ph. IV, 6.

[2]) p. 331. cf. *Plut.* de anim. procr. p. 215 sq.

[3]) Plato ipse annuit his, p. 339: *ἡ δὲ ἁρμονία* [sc. *τῆς μουσικῆς φωνῆς*], *ξυγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις· κτλ.* Singula hujus harmoniae exposita quaeras apud *Boeckh*, Weltseele Platon's in tertio volumine der Studien v. *Creuzer* u. *Daub*.

tus sit, pariter planetarum ordo et numerus conveniat necesse est, ut Arist. ait l. l. ὡς οὔσας τὰς τοῦ οὐρανοῦ φορὰς τὰς τῆς ψυχῆς κινήσεις [1]). Si autem Aristot. paullo post addit: τὴν γὰρ τοῦ παντὸς (ψυχὴν) δῆλον ὅτι τοιαύτην εἶναι βούλεται, οἷόν ποτ' ἐςὶν ὁ καλούμενος νοῦς, errorem profecto haec continerent, nisi νοῦς h. l. non Platonis, sed Anaxagorae atque eorum, qui hunc sequuti sunt, esset. Si autem haec ita comprehenduntur, facilem aperiunt aditum ad verum.

Ratione igitur, qua Plato mundi animam conformatam esse docuit, enarrata, ad animae humanae naturam transeamus. Primum Dii homines participes reddiderunt illius divinae, e περιόδοις Ejusdem et Alterius eorumque mixtione in τῇ οὐσίᾳ compositae, in capite, corporis reliqui domino, positae [2]), ad quam visum et auditum applicavere [3]). Praeter quam autem homini duas animae mortalis species contribuentes, alteram, passionibus affectam, nimirum voluptate, dolore, audacia, metu, iracundia, spe, sensu irrationali atque amore, in pectore [4]) collocarunt, cui saporum sensum implicavere [5]), alteram, ciborum potuumque et omnium, quibus corporis natura indiget, cupidam, ad ventrem removerunt [6]).

De sensibus tandem secundum Platonem haec commemoranda sunt. Definitionem sensus talem dat: sensus est motus per corpus ad animam penetrans, quem passiones extrinsecus excitant, si quid ignis exterioris vel terrae solidae, vel aquae humidae, vel aëris flatus corpus laedat [7]). Si quid igitur exterioris in corpus incidit, talem profert conditionem, qualis ipsum est, mendacem et irrationalem, veritati contrariam [8]). — De visu nonnulla apud Empedoclem commemoranda erunt; de auditu quaeri potest, quamobrem Plato plagam aëris a capite usque ad

---

[1]) Tim. p. 347. [2]) Tim. p. 332. [3]) ib. p. 334. 338.
[4]) ib. p. 386. [5]) ib. p. 377. [6]) ib. p. 389.
[7]) ib. p. 329. [8]) ib. p. 331.

jecur vergere putaverit? Respondet *Plutarchus*, qui ait[1]): *ταὐτὸν [τὸν ἀέρα] ἀνακλᾶσθαι εἰς τὰ ἡγεμονικά.* Ita plaga, omnibus animae partibus communicanda, per omnes partium sedes ad imam, hepar, penetrat. Theophr. autem negat, Platonem quidquam de caeteris protulisse, non plane jure suo. De gustu enim docet: gustus fit concretionibus et discretionibus quibusdam. Nam quae in venas a lingua ad cor tendentes incidunt, in humidam mollemque carnem penetrando modifice liquefacta contrahunt venas et arefaciunt, et pariunt hujusmodi sapores[2]). Olfactus vero gignitur, si quid madefactione vel putredine vel liquefactione vel evaporatione affectum in venas circa nares transit[3]).

Cap. IV.

Doctrina Empedoclis ad §. 7 — 24.

De rerum initio ita disputavit *Empedocles*: Ex nihilo nihil fieri potest[4]); ens interire non potest[5]); mundus aeternus est[6]); quatuor autem exstant, ex quibus omnia composita sunt, elementa, quae erant, erunt et sunt: ignis, aqua, terra et aether s. aër[7]). Ut vero res mortales conformari possint, duo esse principia oportet, quibus elementa secernantur et concrescant, *διάκρισιν* et *σύγκρισιν* s. Empedoclea *νεῖκος* s. *ἐρίδας* et *φιλίαν* s. *Ἀφροδίτην*[8]). Quomodo autem haec talia perficiant, verisimi-

---

1) pl. ph. 4, 16. 2) Tim. p. 377 sq. 3) Tim. p. 380.

4) v. 124. in vers. coll. *Sturzii*: *ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τι ἀμήχανον ἐςὶ γενέσθαι.*

5) v. 125: *καὶ τὸ ὂν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυςον καὶ ἄπρηκτον.* cf. v. 62 — 65.

6) v. 20: *ὁ κοσμὸς — ἦν αἰεί.*

7) v. 26 — 30. 160 — 163: *ἐκ γὰρ τῶν, ὅσα τ᾽ ἦν, ὅσα τ᾽ ἔσσεται, ὅσσα τ᾽ ἔασσιν.*

8) 30 — 31. 51 — 52: *Νεῖκος τ᾽ οὐλόμενον δίχα τῶν, ἀτάλαντον ἁπάντη, καὶ Φιλίη μετὰ τοῖσιν, ἴση μῆκός τε πλάτος τε.*

liter Empedocli ipsi non clarum erat, id quod Aristoteles etiam narrat[1]). Attamen e Nostri versibus cognoscimus, Empedoclem opinatum esse, *νεῖκος* facere ex uno plura, et *φιλίαν* e pluribus unum. Simul cum *φιλίᾳ* corpus accipere vitam, quam omittat cum *νείκει* [2]). In quibus tamen mutationibus elementa semper eadem manent [3]). Quocirca nullus est rerum mortalium ortus (*φύσις*), nullus interitus (*θάνατος*), sed mixtio tantum et mixtorum permutatio [4]). Ortus autem fit, si *φύσις* i. e. *φιλία* sicca in humida urget, vel, si aethera in aquam, aquam in terram, terram in ignem urget, ut aliud ex alio accipiatur [5]). Quamobrem mortalia procul distant et origine et mixtione, quum membra conformata sint ex elementis hostilibus [6]). Omnia autem ficta sunt casu [7]). Nusquam tamen in universo vacuum est, nihilque abundat [8]). Ex illis igitur elementis per *νεῖκος* et *φιλίαν* omnia mortalia facta sunt, et planetae et homines et belluae [9]). Nam homines e terrae et ignis aquaeque et aëris aequali portione

---

1) gen. et corr. I, 8. T. 62.

2) v. 40. 41. 221 — 224: *ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν᾽ εἰς ἓν ἅπαντα γυῖα, τὰ σῶμα λέλογχε βίου θαλέθοντος ἐν ἀκμῇ· ἄλλοτε δ᾽ αὖτε κακῇσι διατμηθέντ᾽ Ἐρίδεσσι, πλάζεται ἄνδιχ᾽ ἕκαστα περὶ ῥηγμῖνι βίοιο.*

3) v. 80. 66 — 67: *ἀλλ᾽ αὔτ᾽ ἐστὶν ταῦτα, δι᾽ ἀλλήλων δὲ θέοντα γίνεται ἄλλοτε ἄλλα διηνεκὲς, αἰὲν ὁμοῖα.*

4) v. 105 — 108: *φύσις οὐδενός ἐστιν ἁπάντων θνητῶν, οὐδέ τις τοὐλομένου θανάτοιο τελευτὴ, ἀλλὰ μόνον μῖξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων ἐστὶ κτλ.*

5) v. 294: *γεννήσασα φύσις μετάγει τὸ ξηρὸν ἐς ὑγρόν.* v. 356 — 359: *αἰθέρων μὲν γάρ σφε μένος πόντονδε διώκει, πόντος δ᾽ ἐς χθονὸς οὖδας ἀπέπτυσε, γαῖα δ᾽ ἐς αὐγὰς ἠελίου ἀκάμαντος, ὁ δ᾽ αἰθέρος ἐμβάλε δίναις· ἄλλος δ᾽ ἐξ ἄλλου δέχεται, στυγέουσι δὲ πάντες.*

6) v. 130 — 135 v. infra.

7) v. 360: *τῇ δ᾽ ἰότητι τύχης πεφρόνηκεν ἅπαντα.*

8) v. 183: *οὐδέ τι τοῦ παντὸς κενεὸν πέλει, οὐδὲ περισσόν.*

9) v. 76 sq.: *ἐκ τούτων γὰρ πάντ᾽ ἦν, ὅσσα τέ ἐστι καὶ ἔσται, δένδρα τε βεβλάστηκε, καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες, θῆρές τ᾽ οἰωνοί τε, καὶ ὑδατοθρέμμενοι ἰχθῦς κτλ.*

oriuntur [1]), ex quibus sanguis generatur caeteraque carnis genera [2]), et cute circumdantur [3]), ossa vero alba e duabus terrae octo portionum, duabus aquae et aëris, quatuor ignis etc. [4]). — Verum omne vero simile ad simile fertur, simili autem simile percipitur et cognoscitur. Quocirca omnibus rebus φρόνησις et νόημα inest [5]). Itaque homo terram terra, aqua aquam, aethere aethera, igne ignem cognoscit, amore quoque amorem, contentionem contentione [6]). Elementorum igitur mixtione mutata, aliter sapitur [7]). Homini quidem maxime νόημα in sanguine versatur, sanguis in corde [8]). — Ab omnibus corporibus fiunt emanationes ἀπόῤῥοιαι [9]), quae praecipue ad meatus, per totum corpus tendentes, feruntur [10]). Ita ferarum emanationes in solo relinquunt [11]). Quodsi igitur ad alterius meatus conveniunt alterius corporis emanationes, nec majores, nec minores meatibus, hoc efficit in illud omnia, quae patitur. Patiuntur igitur meatibus [12]). Si autem meatus utriusque corporis inter se conveniunt, ambo commiscentur, ut vinum cum aqua, aqua non cum oleo [13]). — Si autem quaeris, qua re hae emanationes efficiantur, invenis haec:

---

1) v. 204 sq.: ἡ δὲ χθὼν τούτοισιν ἴση συνέκυρσε μάλιςα Ἡφαίςῳ τ᾽ ὄμβρῳ τε καὶ αἰθέρι παμφανόωντι.

2) v. 207: ἐκ τῶν αἷμά τε γέντο καὶ ἄλλα δὲ εἴδεα σαρκός.

3) v. 194: σαρκῶν ἀλλόγνωτι περιςέλλουσα χιτῶνι. 4) v. 208—210.

5) v. 361: πάντα γὰρ ἴσθι φρόνησιν ἔχειν καὶ νώματος αἶσαν.

6) v. 318—320 v. infra.

7) v. 321—322: ὅσσον γ᾽ ἀλλοῖοὶς μετέην, τόσον ἄρ σφίσιν αἰεὶ καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίςατο.

8) v. 315—318. v. infra.

9) v. 117: γνοὺς ὅτι πάντων εἰσὶν ἀπόῤῥοιαι ὅσσ᾽ ἐγένοντο.

10) v. *Philopon.* ad Arist. gen. an. II. fol. 59 a. ap. Emped. invenimus v. 249: πᾶσι λίφαιμοι σαρκῶν σύριγγες, πύματον κατὰ σῶμα τέτανται. cf. v. 265.

11) v. *Plutarch.* quaest. nat. 23. p. 710. ed. *Wyttenb.* post v. laudatum 236.

12) v. *Plat.* Menon. p. 76. C. D. *Arist.* gen. et corr. I, 8. T. 61. 62.

13) *Arist.* l. l. T. 56. *Emp.* v. 291 v. infra.

ὡς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσε,
ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμόν[1]).

Ex quibus elucere videtur, particulas similes ad similes propter internum stimulum, quem facile Empedoclis *φιλίαν* intelligimus, ferri. — Quibus doctrinae Empedocleae summis ex ejus versibus, quot exstant, enarratis, restat, ut nonnulla attingamus, de quibus certari solet.

Simplicius narrat, Empedoclem duos mundos credidisse, quorum alteri nomen *ὁ σφαῖρος*, alteri *ὁ κόσμος* tribuisset[2]). Aliis autem verbis[3]), quibus Philoponus[4]) et Proclus[5]) consentiunt, nuntiat, *σφαῖρον* Empedocli fuisse *κόσμον* s. *κύκλον τοῦ νοητοῦ* s. *ταὐτοῦ*, *κόσμον* autem *τοῦ αἰσθητοῦ* s. *θατέρου*, caussamque effectivam illius *φιλίαν*, hujus *νεῖκος* esse, *σφαῖρον* etiam *παράδειγμα τοῦ κόσμου*. Vides, quantum haec cum Platonis sententia conveniant. Quamvis autem quidam diceret, Platonem haec didicisse a Nostro, tamen confitendum est, dicta illa plane non consentire cum Empedocleis, quorum *νόημα* in elementis ipsis situm est. Meliora jam annuit *Plutarchus*[6]). Recentiores explicant *σφαῖρον* chaos s. materiae massam[7]). Res autem ita se habet. Nimirum *σφαῖρος* in versibus Empedocleis, qui nobis conservati sunt, hisce commemoratur:

(v. 23) *ἀλλ' ὅγε πάντοθεν ἶσος ἔχυ καὶ πάμπαν ἄπειρον*
(v. 24) *σφαῖρος, κυκλοτερὴς, κώνῃ περιηγέϊ γαίων.*

Sed

---

[1]) v. 157. 158.

[2]) ad Arist. de coel. I. fol. 72 a. cf. *Sturz.* p. 276 sq.

[3]) ad Arist. de coel. I. fol. 258 a: *ὑπέθετο Ἐμπ. τόν τε νοητὸν καὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον, τὸν μὲν παραδειγματικῶς δηλονότι, τὸν δὲ εἰκονικῶς καὶ ποιητικὰ αἴτια, τοῦ μὲν νοητοῦ τὴν φιλίαν — τοῦ δὲ αἰσθητοῦ τὸ νεῖκος.* ad Arist. coel. I. fol. 32 a: *τὸν μὲν νοητὸν κόσμον κατὰ τὸ ὂν ὑπάρχειν, τὸν δὲ αἰσθητὸν κατὰ τὸ γενόμενον.*

[4]) ad Arist. phys. I. A, 10. C, 2. [5]) ad Tim. 3. p. 160.

[6]) pl. ph. I, 5: *Ἐμπ. κόσμον μὲν ἕνα. οὐ μέντοι τὸ πᾶν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ ὀλίγον τι τοῦ παντὸς μέρος, τὸ δὲ λοιπὸν ἀργὴν ὕλην.* [al. *ἀρχὴν εἶναι* sed v. Wyttenb. ad l.] cf. *Stob.* eclog. 23 p. 494. 496. *Euseb.* pr. ev. XV, 33. *Galen* h. ph. c. 7. [7]) v. *Sturz.* p. 281.

Sed falso tribuitur v. 23 Empedocli. Quamquam enim uterque a *Stobaeo*[1]) Parmenidi adscribitur, tamen a pluribus v. 24 Empedocli, ita ut jure *Brandis*[2]), teste *Proclo*, v. 23 Parmenidi vindicet, v. 24 Empedocli. Sed *Amadeus Peyron*[3]) ex codice suo ita restituit: Ἐμπ. οὖν τὴν ἀκινησίαν ἐν τῇ τῆς φιλίας ἐπικρατείᾳ κατὰ τὴν σφαῖραν ἐκδέχεται — ἀλλ᾽ ὥς φησιν,

οὕτως ἁρμονίης πυκινῷ κρυφῷ ἐστήρικται,
σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιγηθέϊ γαίων.

ἀρξαμένου δὲ πάλιν τοῦ νείκους ἐπικρατεῖν, τότε πάλιν κίνησις ἐν τῷ σφαίρῳ γίνεται κτλ. Ex quibus facile intelligimus, σφαῖρον fuisse mundum ante generationem rerum singularum. Tum, ait, ἁρμονίη s. Φιλότης sola regnavit, omnia erant unum, materia, quamvis diversa, una. Sed advenit et discerpsit omnium harmoniam νεῖκος, quod iterum sequitur φιλία, ut singula seperata commisceat singulasque res procreet. Attamen non omnibus imperat φιλία, sed multa manent immixta[4]). Mundus igitur ante generationem singulorum vorago quaedam erat, δίνη, στροφάλιγξ, in qua elementa sine motu in circulo stagnabant[5]). Credo autem, Empedoclem sine alia vi σφαῖρον loco κύκλου tantum dixisse, ut in versu laudato κύκλον adhibet, maxime si cum sententia comparo supra laudata: ὁ κόσμος ἦν ἀεί. Sed ne hoc quidem puto, Empedoclem existimasse, quod *Plut.* l. l. refert, nostrum mundum particulam esse illius, in quo materia iners adhuc jaceat. E versibus enim laudatis tantum exsistit,

---

1) Ecl. 16. p. 354. 2) l. l. p. 132.

3) Ex cod. Taur. Simpl. ad Arist. phys. fol. 446. p. 52. [Emp. et Parm. frg. Lips. 1810.]

4) v. 136 sqq. ap. *Sturz.*, sed ex emendatione Am. Peyron l. l. p. 53 ita: ἐπεὶ νεῖκος μὲν ἐνέρτατον ἵκετο βένθος δίνης, ἐν δὲ μέσῃ φιλότης στροφάλιγγι γένηται, ἐν τῇδ᾽ ἤδε τὰ πάντα συνέρχεται ἓν μόνον εἶναι κτλ. Πόλλα δ᾽ ἄμικτα κατεστήκει κεραϊζομένοισιν ἀλλὰξ, ὅσσ᾽ ἔτι νεῖκος ἔρυκε μετάρσιον.

5) v. 45. 104: ταύτῃ (τῇ φιλίᾳ) αἰὲν ἔασσιν ἀκίνητα κατὰ κύκλον.

multa in mundo esse, quae per *νεῖκος* retenta, nondum mixta sint invicem i. e. quae nondum singuli cujusdam formam induerint[1]. Multum exstat adhuc terrae, aëris, aquae etc. quod sine mutua mixtione nullum format animal sive aliquid singulum. Illi autem interpretatores talia Platonica et obscura in nomen *τοῦ σφαίρου* tulerunt, quia, praecipue Proclus Neo-Platonicus, putarunt, Empedoclem fuisse Pythagoraeum, id quod e Simplicio cognoscimus[2].

§. 7. Summam *Emp.* definitionem de sensu *Plut.* quoque tradit[3]. Si igitur sensus *τῷ τὰς ἀποῤῥοὰς τοῖς πόροις ἐναρμόττειν* oritur, visus fieri debet *τῷ τὰς ἀποῤῥ. τὰς ἀπὸ τῶν ὁρατῶν τοῖς πόρ. τῆς ὄψεως ἐναρ.* Attamen duplex occurrit explicatio. *Aristoteles* enim narrat[4], Empedoclem statuisse modo visum fieri *ἐξιόντος τοῦ φωτός* ex oculo, modo *ταῖς ἀποῤῥοαῖς ταῖς ἀπὸ τῶν ὁρωμένων.* Ad primam quidem rationem laudat verss. 274—283, ad quos Theophr. quoque respicit[5]. In quibus viri docti, Aristotelem sequuti, contradictionem quandam invenerunt[6]. Aristoteles autem rem obiter perdam invenerunt[6]. Aristoteles autem rem obiter perspexisse mihi videtur. Emped. enim opinatus est, emanationes fieri e corporibus, talesque esse colores[7], ex

---

1) Fere eodem modo *Anaxagoras* ait frg. 8 ap. *Schaubach*: *καὶ πρῶτον ἀπὸ τοῦ σμικροῦ ἤρξατο (ὁ νοῦς) περιχωρῆσαι, ἔπειτα πλεῖον περιχωρέει, καὶ περιχωρήσει ἐπὶ πλέον*, creatio imperfecta.

2) Ad. Arist. coel. 1. fol. 32 a: *Ἐμπ. τὸν ὑπὸ τῆς φιλίας ἡνωμένον νοητὸν κόσμον παραδιδοὺς αἰνιγματωδῶς, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς Πυθαγορείοις κτλ.*

3) Pl. ph. IV, 9: *παρὰ τὰς συμμετρίας τῶν πόρων τὰς κατὰ μέρος αἰσθήσεις γίνεσθαι, τοῦ οἰκείου τῶν αἰσθητῶν ἑκάστῃ ἁρμόζοντος.*

4) De sens. c. 2.

5) Comparat Emp. ignem ex oculo exeuntem cum lumine e lucerna egrediente et pergit: *ὡς δὲ τό τ᾽ ἐν μήνιγξιν ἐεργμένον ὠγύγιον πῦρ — πῦρ δ᾽ ἔξω διαθρῶσκον, ὅσον ταναώτερον ἦεν.*

6) v. *Sturz* p. 349. 416. *Sprengel* T. I. §. 73. p. 182 A. 25. *Hecker* T. I. §. 16. p. 85.

7) Ita *Plato* Menon. p. 76 D. sec. Emp.: *ἔστι γὰρ χρόα, ἀποῤῥοὴ σχημάτων ὄψει σύμμετρος καὶ αἰσθητός.* Ita *Plut.* pl. ph. 1, 15: *χρῶμα τὸ τοῖς πόροις τῆς ὄψεως ἐναρμόττον.* *Stob.* XVII. p. 362.

oculis autem egredi ignem internum, cui illae occurrant et conveniant. Utrumque igitur ad visum necessarium esse, sine emanationibus ignem egressum nihil cernere, sine igne egresso emanationes non cerni. Quam explicandi rationem probat Aristoteles, qui Empdi. credenti, illa sibi in principio oculi occurrere, opponit [1]), membranam esse mediam; quamquam Emp. membranam quoque perviam putavit. Maxime autem Theophr. [2]), et annuit Plut. [3]) Caeterum jam neminem fuget, hanc visus doctrinam eandem esse quam *Plato* coluerit, quod Arist. prodit, utraque juxta posita [4]), et Theophr. §. 91 dilucide demonstrat. Optime igitur utriusque explicatio verbis illustratur Platonis [5]).

§. 8. Aristoteles bis loquitur de oculis caesiis secundum Emped. [6]). Sequitur autem ex Aristotelis et Theophrasti verbis comparatis: a) nigri oculi pleniores aqua quam igne sunt [ut apud Th. nigra meatibus aquae percipiuntur]; b) oculi, qui plus ignis habent [ap. Arist. caesii] non die, sed nocte melius vident; c) oculi, qui plus aquae, minus ignis [ap. Arist. nigri] non nocte, sed die melius vident.

---

1) l. l. p. 1431 F.

2) E. g. §. 13: *τί μᾶλλον αἰσθήσεται τὸ ἐν τῷ ζώῳ πῦρ ἢ τὸ ἐκτός· εἴπερ ἐναρμόττουσιν ἀλλήλοις.*

3) Pl. ph. 4, 13: *Ἐμπ. τοῖς εἰδώλοις* [i. e. *ταῖς ἀποῤῥοαῖς τῶν ὁρωμένων*] *τὰς ἀκτῖνας* [i. e. *τῆς ὄψεως*] *ἀνέμιξεν.* cf. ib. 14.

4) l. l. p. 1429.

5) Tim. p. 334: *ὅταν οὖν μεσημερινὸν ᾖ φῶς περὶ τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, τότε ἐκπῖπτον, ὅμοιον πρὸς ὅμοιον ξυμπαγὲς γενόμενον κτλ.* quae illustrantur hisce p. 382: *φλόγα τῶν σωμάτων ἑκάςων ἀποῤῥέουσαν, ὄψει σύμμετρα μόρια ἔχουσαν πρὸς αἴσθησιν.*

6) Gen. an. V, 1. p. 1323: *τὸ ὑπολαμβάνειν τὰ μὲν γλαῦκα* (sc. *ὄμματα*) *πυρώδη, τὰ δὲ μελανόμματα πλεῖον ὕδατος ἔχειν ἢ πυρός· καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἡμέρας οὐκ ὀξὺ βλέπειν, τὰ γλαῦκα δι᾽ ἔνδειαν ὕδατος· θάτερα δὲ νύκτωρ δι᾽ ἔνδειαν πυρὸς, οὐ λέγεταί καλῶς.* probl. 14, 14. p. 923: *γλαῦκα μέν ἐςι τὰ ὄμματα δι᾽ ὑπερβολὴν τοῦ ἐντὸς θερμοῦ· μέλανα δὲ διὰ τὴν τούτου ἀπουσίαν.* De aqua in oculis exponit Emp. ipse v. 282: *αἱ δ᾽ ὕδατος μὲν βένθος ἀπέςεγον ἀμφινάοντες* (sc. *αἱ μήνιγγες*).

§. 9. De auditu sec. Emp. loquitur *Plut.* [1]) quoque. *κώδων* erat Empedoclis, sed *σάρκινον ὄζον* a Th. solo commemoratur. De olfactu idem [2]).

§. 10. Attingit Th. rem, de qua multi decertabant, nimirum quod *ἡ αἴσθησις* et *ἡ φρόνησις* eadem fuit Empedocli. Aristoteles enim primus haec edixit [3]), quae ejus interpretatores [4]) et recentiores quidam [5]) repetiere. *Sturzius* autem, qui asseverat, se animum non posse inducere, ut credat, hanc ejus mentem fuisse, ita explicare conatur, ut Emp. statuisse dicatur, animum, nisi sensuum auxilium accesserit, nullas habere ideas, et nihil omnino rerum corporearum cognoscere posse [6]). Vituperat quoque Aristotelem, qui ex his versibus talia colligere falso conatus sit [7]). Utrumque inepte. Stagirites enim haec alio loco clarius probat [8]), Empedoclem, docentem et *αἴσθησιν* et *φρόνησιν ἀλλοίωσιν* esse i. e. secundum mixtionem mutari, utramque eandem opinatum esse. Ad quae accedit testimonium grave Theophrasti, qui non contendit, Empedoclem ipsum haec pronuntiasse, sed non distinxisse, nimirum putasse, et *αἴσθησιν* et *φρόνησιν* iisdem effici. Cognitionem enim similibus fieri et Emp. versus et Arist. [9]) omnesque affirmant, et iisdem fieri sensum quoque et voluptatem testantur versus, quos Th. recitat, *Sturzius* au-

---

[1]) Pl. ph. IV, 16: *τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι κατὰ πρόσπτωσιν πνεύματος τῷ κοχλιώδει, ὅπερ φησὶν ἐξηρτῆσθαι ἐντὸς τοῦ ὠτὸς, κώδωνος δίκην, αἰωρούμενον καὶ τυπτόμενον.*

[2]) Ib. 17: *ταῖς ἀναπνοαῖς ταῖς ἀπὸ τοῦ πνεύμονος συνεισκρίνεσθαι τὴν ὀδμήν· ὅταν οὖν ἡ ἀναπνοὴ βαρεῖα γίνηται, κατὰ τραχύτητα μὴ συναισθάνεσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν ῥευματιζομένων.*

[3]) Anim. III, 3: *καὶ οἵγε ἀρχαῖοι τὸ φρονεῖν 'καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταὐτὸν εἶναί φασιν, ὥσπερ καὶ Ἐμπ. εἴρηκε· πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισι. καὶ ἐν ἄλλοις· ὅθεν σφίσιν αἰεὶ καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται.*

[4]) Coll. *Sturz.* p. 494 sq. [5]) E. g. *Sprengel* §. 72. p. 178.

[6]) p. 493. [7]) p. 494.

[8]) Metaph. III, 5. p. 1275 sq.: *διὰ τὸ ὑπολαμβάνειν, φρόνησιν μὲν τὴν αἴσθησιν, ταύτην δ᾽ εἶναι ἀλλοίωσιν κτλ.*

[9]) cf. l. l. II, 4. p. 1259.

tem, ut totum locum, ignoravit. Itaque si sensus et voluptas et cognitio similibus ad meatus apte convenientibus, eodemque tempore, nullus autem sensus et dolor et nescitia dissimilibus et simul fiant: nonne recte Th. concludere et contendere potuit (§. 23) sec. Emp. vel eandem vel proximam esse *αἴσθησιν* et *φρόνησιν*? Eadem igitur utraque est, quia iisdem eodemque tempore fit, ut Th. ait: *εἰ γὰρ διὰ τῶν αὐτῶν ποιεῖ*, et Arist: *καὶ αἰσθάνεσθαί τε καὶ τὸ φρονεῖν τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον*[1]), i. e, Empedocles nondum eo pervenit, ut *αἴσθησιν* et *φρόνησιν* diversam animae facultatem cognosceret.

πάντα πεπήγ. κτλ.] Th. versus Parmenidis citat §. 3 et versum Emped. integrum §. 22, verba tandem, forma metrica neglecta, §. 16, quorum versus apud alios exstant. Ita quoque jus est credere his verbis contineri versus. Locus autem, ad quem referendi sint, clare a Th. indicatur, nimirum post v. 318 — 320. Verbis denique, quae sequuntur, Theophrasti prodi mihi videtur, v. 315 — 317 post illos collocandos et v. 321 interponendum esse, ut verborum nexus conservetur, quod affirmat Arist., qui hunc v. 321 de eadem re citare solet. Quos igitur restituere et in ordinem ita redigere conamur:

(318) *Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,*
αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον,
(320) *ϛοργῇ δὲ Στοργὴν, Νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ.*
τοῖ' ὅσα πάντα πάγεν[2]) *συναρμοσθέντ' Ἀφροδίτῃ*[3])
ὅσσοις καὶ φρονέουσί τ' ἄδονται κἀνιάονται.
(321) *πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισι,*
(315) *αἵματος ἐν πελάγεσσι τεθραμμένη ἀντιθρῶντος,*
τῇ τε νόημα μάλιϛα κυκλίσκεται ἀνθρώποισιν.
(317) *αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐϛι νόημα.*

---

[1]) Anim. III, 3. [2]) cf. v. 121. 187.

[3]) Exemplo illius versus 131, quem *Am. Peyron* emendavit e codice p. 54: *Τοῖ' ὅσα νῦν γεγάασι συναρμοσθέντ' Ἀφροδίτῃ.*

De animi sede sec. Emp. in sanguine multi multa fabulabantur. Alii animam esse ex elementis conformatam, quorum verba coll. *Sturz.* p. 208. 439. 443, ad quae addas *Galen.* pl. H. et Pl. l. VII. p. 631 sq. Utramque opinionem esse conjungendam, docet Theophr.

§. 11. κατὰ μικρὰ τεθραυσμένα]. Ex his et totius §. verbis comperimus, elementa secundum Emp. varia frui conditione, imprimis pro magnitudine. Ita sententia, quam *Stob.*[1]), *Plut.*[2]) et *Galen.*[3]) referunt: Ἐμπ. ἐκ μικροτέρων ὄγκων τὰ ϛοιχεῖα συγκρίνει, ἅπερ ἐϛὶν ἐλάχιϛα, καὶ οἱονεὶ ϛοιχεῖα πρὶν ϛοιχείων, clarior fit, cui tamen non multum dandum est fidei. Illi enim viri unum tantum valent suffragium, nec sententia ipsa seriora tempora non olet, ut *Heraclidis Pontici* et *Asclepiadis* [v. infra].

§. 12. διόπερ ἔλαιον κτλ.] Ad haec pertinet v. dilaceratus 291:

οἴνῳ μᾶλλον ὕδωρ ἐναρίθμιον, αὐτὰρ ἐλαίῳ
οὐκ ἐθέλει —

ἐναρίθμιον, quod *Sturz.* p. 627 explicari vult: „quod annumerari potest i. e. quod facile miscetur", fortasse respicit potius ad Th. καταριθμεῖται κτλ. Caeterum Emp. putavit, in aqua saporum genera latere non sensa propter parvitatem, v. *Arist.* sens. c. 4. p. 1436.

§. 13. εἰ μὲν γὰρ κενοὶ κτλ.] E Th. verbis intelligimus, falso Philoponum narrare, Emp. πόρους aëris plenos fuisse.[4]) οὐκ εἶναι κενόν, cf. Sturz. p. 347 sq. et supra.

§. 14. τῶν ἑτερογενῶν.] Hisce Th. oppugnat Empedoclis sententiam, et ignem et aquam in oculis esse. Falso igitur dixi in annot. cr. 12: „ignes diversi generis."

§, 15. ὥϛ' εἰ οὖν.] Nec prior lectio ὥϛ' ἢ οὐ, ubi Conj. aut ad ἢ aut ad ἀνάγκη desideratur, nec *Schneideri* ὥϛ' εἰ οὐ, ubi οὐ post εἰ non plane aptum est, bonum praebet ac

---

[1]) Ec. ph. XVIII. p. 368. [2]) Pl. ph. I, 13. [3]) h. ph. c. X.
[4]) ad. Arist. gen. et corr. fol. 35 b. v. *Sturz.* p. 344 sq.

verum sensum. Antea enim Th. probat, Empedoclem non simile, sed symmetria aptum per sensus persequutum esse; nunc, omnia sensilia omnesque sensus unius esse naturae, sive simili sive symmetria apto sensus fiant; ut ὥςʼ εἰ οὖν, nulla negatione apposita, recte se habeat.

§. 16. ἐχθρὰ κτλ.] Versuum forma metrica haec est:
ἐχθρὰ πλεῖςον ἀπʼ ἀλλήλων διέχουσι, μάλιςα
γέννῃ τε κράσει τε καὶ εἴδεσιν ἐκμακτοῖσι [1]).

§. 22. Versus ad certum alium Empdis. poni non potest, tamen annumerari ad v. 249—273, qui de respiratione agunt satis diverso a caeteris modo, quem paucis demonstrare non piget. Sed Arist. verbis utamur, qui hos versus quoque adjicit [2]): Fieri ait respirationem et exspirationem propterea quod venae adsint, sanguinis non plane refertae, quae meatus minores corporis, majores aëris partibus habeant ad aërem externum. Sanguinem vero moveri deorsum et sursum, quo deorsum lato, aërem influere ac respirationem fieri, sursum procedente, aërem foris excidere expirationemque fieri. Haec comparat Emp. cum clepsydris.

§. 23. ἔτι καὶ ὀςοῦν κτλ.] ad haec referri possunt v. 231. 232 [3]).

Cap. V.

Doctrina Alcmaeonis ad §. 25. 26.

Quum *Alcmaeon Crotoniates* a plerisque magis negligi, quam meritur, mihi videatur, latius nonnulla de ejus doctrina proferam [4]). — Alcmaeon a Jamblicho [5]) inter

---

[1]) Ap. *Sturz.* 132. 133. e *Simplic.* ad Arist. phys. I. fol. 34 a. b. de ἔχθει Sturzii jam loquuti sumus. [2]) De resp. c. 7. p. 1505.

[3]) ταῦτὰ τρίχες καὶ φύλλα καὶ οἰωνῶν πτερὰ πυκνὰ, καὶ λεπίδες γίγνονται ἐπὶ ςιβαροῖσι μέλεσσιν.

[4]) Cf. *Menag.* ann. ad D. L. T. II. p. 387. *Meiners* G. d. W. T. I. p. 736. *Sprengel* G. d. A. T. I. §. 67. p. 166. *Hecker* G. d. A. T. I. §. 15. p. 78. *Ritter* G. d. Phil. T. I. p. 360.

[5]) De vit. Pyth. c. 23. s. 104 c. 36. s. 267.

summos enumeratur Pythagoraeos, quod judicium neque Aristotelis [1]) testimonio, quo ille multis in rebus cum Pythagoricis dicitur consensisse, ita tamen, ut dubium sit, uter mutuasset, nec fragmentis ipsis, quae relicta sunt, affirmatur.

Cujus vitae tempus accuratius finiamus non licet, quam his Arist. verbis l. l.: ἐγένετο τὴν ἡλικίαν Ἀλκμαίων ἐπὶ γέροντι Πυθαγόρᾳ, ex quibus Diogenis Laërt. [2]) narratio provenisse videtur: καὶ οὗτος Πυθαγόρου διήκουσε. Scripsit libros περὶ φύσεως, quos primos hac de re fuisse idem tradit secundum Phavorinum [3]), maximeque de rebus medicis egisse. Attamen de omni re naturali non minus multa edixisse, nec non de ethicis [4]) Alcmaeonem, apud me constat.

Omnia divina, sol, luna, sidera continue semper moventur, ideoque immortalia sunt [5]). Quibus immortalibus

---

[1]) Metaph. I, 5. p. 1234.

[2]) VIII. s. 83. Affirmatur meum judicium ea re, quod postea verba Alcmaeonis, quibus opus inceperat, e Phavorini hist. multif., hic eadem, quae Arist. l. l.: δύο τὰ πολλά ἐςι τῶν ἀνθρωπίνων· repetit D. L.

[3]) l. l. Initium operis hoc erat: περὶ τῶν ἀφανέων, περὶ τῶν θνητῶν σαφήνειαν μὲν θεοὶ ἔχουσι· ὡς δὲ ἀθρώποις τεκμαίρεσθαι. D. L. illud nominat φυσικὸν λόγον, ad quae legas *Clementis* Alex. Strom. I. p. 364. *Pott.* (133 *Sylb.*) verba: Ἀ. γοῦν — πρῶτος φυσικὸν λόγον συνέταξεν. *Theodoretus* cur. aff. gr. D. I. p. 700 *Schulz* ait: — ὃν πρῶτόν φασι περὶ φύσεως συγγάψαι λόγον. Optimus autem testis mihi est *Galenus* de elem. ex Hipp. I, 9. p. 487: τὰ γὰρ τῶν παλαιῶν ἅπαντα περὶ φύσεως ἐπιγέγραπται τὰ Μελίσσου, τὰ Παρμενίδου, τὰ Ἐμπεδόκλου, Ἀλκμαίωνός τε καὶ Γοργίου καὶ Προδικοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Ex quibus elucere videtur, Alcmaeonem titulum hunc primum inscripsisse, quum Anaximandrum jam antea scripsisse prosaice de re naturali constet cf. D. L. II, 1 et ann. ad l. p. 71.

[4]) De re ethica unam inveni sententiam apud *Clem. Al.* Strom. VI. p. 746 P. (265 S.): Ἀλκ. γὰρ τοῦ Κρ. λέγοντος, ἐχθρὸν ἄνδρα ῥᾷον φυλάξασθαι ἢ φίλον. Attamen in *Stobaei* florilegio unam vel alteram latere, mihi constat.

[5]) *Arist.* anim. I, T. 32. p. 1374 sq. Alcmaeonem astris divinitatem adscripsisse, asseverat *Cicero* quoque N. D. I, 11. p. 22. ed. *Moser* et *Clem. Alex.* adm. ad pop. p. 67 P. (19 S.) D. L. l. l.: τὴν σελήνην καθόλου ταύτην ἔχειν ἀΐδιον φύσιν.

similis, continue semper movetur anima atque immortalitate gaudet[1]). Homines autem moriuntur, quod initium fini conjungere non possunt[2]). Animae vero in corpore sedes cerebrum[3]) est, quam ob caussam semen cerebri pars est[4]), ac caput primum in foetu formatur[5]). Omnes igitur cum cerebro cohaerent sensus, qui ad animam penetrant per meatus cum cerebro conjunctos[6]). Ita odores respirando trahuntur ad cerebrum animamque[7]). Praeterea cerebrum et sanguis morborum praebent locum[8]). Sanguis etiam, ubi venae concurrunt, confluxu somnum efficit, diffusione rursus expergefacit, abcessu autem universo mortem provocat[9]). In hominis corpore plurima duo sunt, e. g. album et nigrum, dulce et amarum, bonum et malum, parvum et magnum, quae quidem contrarietates non [ut Pythagoraei docent] ex principiis distinc-

---

¹) *Arist.* l. l. *D. L.* l. l. *Theodoret.* l. l. D. V p. 822: *Ἀλκ. τὴν ψυχὴν αὐτοκίνητον εἴρηκεν. ὁ δέ γε Πυθαγόρας ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα.* *Stob.* Eclog. I, 52 §. 1: *αὐτοκίνητον κατ᾽ ἀΐδιον κίνησιν κτλ.* De sideribus, sole et luna singula aliqua tradunt *Plut.* pl. ph. II, 16. *Stob.* l. l. c. 25. §. 1. 26, 1. 27, 1. ed. *Heeren.*

²) *Arist.* probl. XVII, 3. p. 936. Hanc sententiam: *ὅτι οὐ δύνανται τὴν ἀρχὴν τῷ τέλει προσάψαι*, ineptissime intellexit et illustravit ethico quidem modo *Meiners* l. l. p. 737: „Die Menschen rennen nur desshalb in ihr Verderben, weil sie bei ihren Handlungen nicht stets den Anfang mit dem Ausgange verbinden, oder nicht immer das Ende ihrer Unternehmungen reiflich überlegen." Sensus est fere hic: Quum sidera, continue semper mota, juxta atque anima circulum motionis describant oporteat, ideoque immortalia sint: hominis corpus interire necesse est, quod fini initium conjungere i. e. circulum describere non potest. Quam explicandi rationem affirmat *Arist.* qui, ante de proverbio *κύκλον εἶναι τὰ ἀνθρώπινα* loquutus, de hoc circulo pergit quoque dicere.

³) *Plut.* pl. ph. IV, 17. cf. *Theodoret.* l. l. p. 824.

⁴) *Plut.* l. l. V, 3. ⁵) Ib. 17.

⁶) V. *Theophr.* Quantum officii hi *πόροι τοῦ ἐγκεφάλου*, false Aristoteli inventori adscripti, toti rei explicandae praestent, vidimus supra p. 21.

⁷) *Plut.* l. c. IV, 17. ⁸) Ib. V, 30.

⁹) Ib. 23.

tae sed forte fortuito oppositae sunt [1]. Sanitas igitur omnium talium qualitatum temperie apta, calidi, sicci, frigidi, amari, dulcis et caeterarum facultatum aequabilitate paratur et conservatur, quarum si qua sola praevalet [*ἐν αὐτοῖς μοναρχία*], morbum efficit; imperium enim unius perniciem affert [2]. - Admirationem paene Noster excitat comparationibus e variis naturae provinciis. E. g. quo tempore mas semen ferre incipit, bis septimo anno peracto, lanugo producitur, ut plantae, semen laturae, florent [3]. Lacti in mammis similis est ovi vitellus, qui pullis nutrimento est, contra opinionem vulgi, qui propter coloris cum lacte similitudinem ovi album pullo alimentum praebere putant [4]. —

§. 25. *ξυνίησι*, in quo latet *σύνεσις*. Itaque Alcmaeon primus erat, qui *αἴσθησιν* et *φρόνησιν* diversas animae facultates esse recognosceret, ac contra sententiam antiquam argumenta proferret, quibus meliora ne Stagirites quidem adduxit [5].

§. 26. Alcmaeon primus quoque, ut demonstratum est, cerebri naturam dignovit et munera. Aristoteli autem objici posse, persuasum mihi habeo, quod multa aut mutuans ab eo, aut multis in rebus cum eo consentiens,

---

1) *Arist.* Metaph. I, 5. p. 1234: *φησὶ γὰρ δύο τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων, λέγων τὰς ἐναντιότητας, οὐχ ὥσπερ οὗτοι* [Pyth.] *διωρισμένας, ἀλλὰ τὰς τυχούσας· οἷον λευκὸν κτλ.* Pythagoraei autem, quorum contrarietates decem enumerat Arist. ib. p. 1233, de universo egerunt, non de homine. Falso Alcmaeoni ipsi has contrarietates Pythagoraeorum tribuit *Krug* G. d. alt. Phil. p. 111.

2) *Plut.* l. c. V, 30. *Sprengel* negat, doctrinam hanc de qualitatibus elementariis, quae originem seriori tempori debeat, Alcmaeoni adscribendam esse l. c. p. 171. Non ita *Hecker* l. c. Credo autem, hac sententia cum Aristotelis verbis conjuncta, non amplius illa de re dubitari posse.

3) *Arist.* h. an. III, 1. p. 995.

4) Gen. an. III, 2. p. 1281. Aliae quoque Alcmaeonis sententiae traduntur a *Plut.* l. c. V, 14. 16.

5) Anim. III, 3: *Ὅτι μὲν οὖν οὐ ταὐτόν ἐστι τὸ αἰσθ. καὶ τὸ φρ., φανερὸν τοῦτο μὲν γὰρ πᾶσι μέτεστι, τοῦτο δὲ ὀλίγοις τῶν ζώων.*

illius mentionem non fecerit [1]). Quae nonnullis exemplis probem. Primum in memoriam reduco, quae supra de *πόροις τοῦ ἐγκεφάλου*, quae de diversitatis *τοῦ αἰσθ.* et *τοῦ φρ.* argumentatione, quae de comparatione naturae provinciarum disputavi. Dein claras fuisse inter antiquos Alcmaeonis sententias de sensibus, quas ejus et Empedoclis maxime refert [v. infra] praeter Theophrastum Pseudoplutarchus [2]), Aristoteles nusquam. De visu eadem docuit, quae Arist., namque fieri per diaphanum, i. e. translucidum [3]). Cum Alcmaeone consentit Arist. quoque, oculos per aquam cernere, quanquam Arist. ait [4]): *ποιοῦσι δὲ πάντες τὴν ὄψιν πυρός*, excepto Democrito, qui *ὕδατος* eum esse contenderat, ubi Arist. demonstrat, quam false illi igne effulgente, qui passio tantum oculi sit, sententiam probent. Sed ne Noster quidem hoc denegat, dicens tantum, *ὅτι δ' ἔχει πῦρ*, quod Arist. quoque contendit [5]). Arist. demum narrat, Alcmaeonem dixisse, capras per aures respirare [6]), ex quibus, si quidem inventio tubae Eustachii non elucet [7]), certe intelligitur, Chalcidium [8]), qui tradit, Alcmaeonem primum sectionem aggressum esse, non falsa narrasse [9]). Quibus omnibus

---

[1]) Idem contendit jam *Kühn* diss. I. de philos. ante Hipp. medicinae cultoribus. Lips. 1781. 4, quam mihi in promptu non esse, nequaquam libenter confiteor.

[2]) *Meiners* addit l. l.: „Andere Fragmente stehen beim angeblichen Plutarch, die ich aber nicht aufnehme, weil es zweifelhaft ist, ob sie ihm zugehören." Falsum, quia Theophr. eas probat.

[3]) Anim. II, 7. T. 66: *τὸ γὰρ ὁρατὸν ὃ λέγομεν, ἐστὶ χρῶμα* — (T. 67) *πᾶν δὲ χρῶμα κινητικόν ἐστι τοῦ κατ' ἐνέργειαν διαφανοῦς* — *διόπερ* — *ἕκαστον χρῶμα ἐν φωτὶ ὁρατὸν* — *φῶς ἐστί τι διαφανές κτλ.*

[4]) Sens. c. 2.

[5]) Anim. III, 1. T. 130: *ἡ κόρη ὕδατος* — *τὸ δὲ πῦρ* — *κοινὸν πάντων κτλ.*

[6]) H. an. I, 11. p. 837.

[7]) *Sprengel* p. 168, qui laudat *Kühn* l. l. p. 27.

[8]) In Tim. ed. *Meursii* p. 340.

[9]) Negat *Sprengel.* Sed si Anaxagoras, quod constat, animalia dissecuit, [cf. Spr. p. 191] quamobrem Alcmaeon primus esse non po-

affirmari volui, Alcmaeonem fuisse patrem et anatomiae et physiologiae, a posterioribus propter Stagiritae gloriam maximam nimis neglectum. — De auditu [1]), olfactu [2]) et gustu [3]) *Plutarchus* quoque Alcmaeonis sententias tradit. —

κινουμένου καὶ μεταλ. κτλ.] *Schneider* in animadversione ad l. confitetur, se non intelligere, quomodo cerebrum commoveatur etc. Sed apponam tantum verba aliquot *Hippocratis* Praen. Coac. n. 499. p. 186 G.: *ὅσοισιν ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ, καὶ πονέσι πληγεῖσιν, ἢ ἄλλως πίπτουσι, παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ οὔτε ὁρῶσιν, οὔτε ἀκούουσι, καὶ τὰ πολλὰ θνήσκουσιν;* et de morb. sacr. p. 92, 31: *ὁκόταν γὰρ ὑγρότερος τῆς φύσιος εἴη, ἀνάγκη κινεῖσθαι* (sc. *τὸν ἐγκέφαλον*) *κινουμένου δὲ τοῦ πάθεως μήτε τὴν ὄψιν ἀτρεμίζειν, μήτε τὴν ἀκοὴν, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλο ὁρᾷν καὶ ἀκούειν κτλ.* cf. ib. 43. p. 93, 16 et a. l.

Cap VI.

Doctrina Anaxagorae §. 27 — 37.

Philosophiae historici, nostris temporibus primi, non dubitaverunt, quin vox *ὁμοιομερῆ* Anaxagorae propria fuerit. Ita *Tiedemann* [4]), ita *Carus* [5]). Primus autem

---

tuit? Pythagoraeorum mos, quem Chalcidii narrationi contrarium commemorat vir eximius, nihil valet contra Alcmaeonem.

[1]) IV, 16: *ἀκούειν ἡμᾶς τῷ κενῷ τῷ ἐντὸς τοῦ ὠτὸς, τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ διηχοῦν κατὰ τὴν τοῦ πνεύματος ἐμβολήν· πάντα γὰρ τὰ κενὰ ἠχεῖ.*

[2]) IV, 17: *ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ εἶναι τὸ ἡγεμονικόν· τούτῳ οὖν ὀσφραίνεσθαι ἕλκοντι διὰ τῶν ἀναπνοῶν τὰς ὀσμάς.*

[3]) IV, 18: *τῷ ὑγρῷ καὶ τῷ χλιαρῷ τῷ ἐν τῇ γλώττῃ πρὸς τῇ μαλακότητι διακρίνεσθαι τοὺς χυμούς.*

[4]) I. p. 317: „Beydes, Sache und Name ist unbestritten Erfindung des Klazomenisehen Weisen."

[5]) De cosm. theol. font. Anax. p. 722: „His quidem elementis ita comparatis singulare etiam nomen *Ὁμοιομερείων* fingere conatus."

Schleiermacher, vir facultate critica ornatissimus hac de re dubitavit[1]), quem *Ritter*[2]) sequutus ita censet[3]): „Es ist nicht unwahrscheinlich, daſs *σπέρματα* der eigentliche Ausdruck des Anaxag. für das war, was wir jetzt Homoeomerieen nach dem Ausdrucke des Arist. nennen; dieser Name findet sich in den Bruchstücken des Anax. nicht, dagegen versichert Simplikios ausdrücklich, er habe die Homoeomerieen *σπέρματα* genannt." Plane aliter censuit editor fragmentorum *Schaubach*[4]): „Ipsum Clazomenium hac voce usum esse, jure concludere mihi videor ex Simpl.[5]) Stob.[6]) Plut[7]). Haec sententia firmatur etiam eo, quod omnes scriptores, et antiquiores et seriores ita loquuntur, nec praeterea quidquam de alio hujus vocabuli auctore constat. Consensum antiquitatis haudquaquam spernendum esse censeo. Quis etiam in usum Anaxagoreae philosophiae dudum explosae nova procuderit vocabula?" Itaque re ad nullam adhuc certitudinem ducta[8]), ut rem paullo certiorem demittam, efficere studebo. Primum contra Schaubach commemorandum est, ***Galenum*** sane narrare, verba *ὁμοιομερῆ* et *ἀνομοιομερῆ* ab Arist. esse inventa[9]). Tum profecto Aristoteli, qui phi-

---

[1]) Ueb. Diog. Apoll. p. 93: „die Anaxagoraeische Lehre von den Homoeomerien, wie man sie wahrscheinlich ihm gar nicht zu Danke genannt hat."

[2]) G. d. Jon. Phil. p. 211: „Es läſst sich Manches gegen den Anaxagoräischen Ursprung dieses Namens einwenden."

[3]) Ib. p. 269. [4]) Fragm. Anax. Lips. 1827. p. 89.

[5]) In phys. Ar. p. 258 a: *τὰ εἴδη, ἅπερ ὁμοιομερείας καλεῖ.*

[6]) Eclog. ph. I, 11, 12 p. 298: *ὁμοιομερείας αὐτὰς ἐκάλεσεν καὶ ἀρχὰς τῶν ὄντων.*

[7]) Pl. ph. I, 3: *ὁμοιομερείας αὐτὰς ἐκάλεσεν.*

[8]) In novissimo *Ritteri* opere, G. d. Philos., scriptum est p. 294 n. [3]): „Daſs der Name Homöomerien nicht Anaxagorisch sei, bin ich noch immer überzeugt, auch gegen das, was Schaub. dagegen gesagt hat. Wenn der Name nicht zuerst vom Arist. gebraucht worden sein sollte, so mögen ihn Anaxagoreer erfunden haben."

[9]) v. supra p. 4. not. [2]).

losophorum censor primus eo studuit, ut una notione, una voce omnem philosophiae cujusdam diversitatem denotaret[1]), convenit, verbo quodam, alius philosophi doctrinae applicato, totam ejus philosophandi rationem significare. Jam contra testimonia allata dicendum est, nec Pseudoplutarcho, qui operis Anaxagoraei initium vel e memoria protulit [2]), vel ex alio scriptore depromsit [3]); nec Stobaeo, nec Simplicio ipsi, qui, ut Ritter memorat, haec contra dicit in Ar. Coel. p. 148 b: *τὰ ὁμοιομερῆ, οἷον σάρκα, καὶ ὀςοῦν καὶ τὰ τοιαῦτα, σπέρματα ἐκάλει*, multum dandum esse fidei. Neque enim *Plato*, nec *Theophrastus* *ὁμοιομερῆ* dicunt, sed Theophr. §. 35: *οὐ γὰρ ἐν τοῖς ὁμοίοις γένεσιν ἀφώριςαι κατὰ τὸ μέγεθος*, et Sextus E., ubi latius de his anquirit [4]): *᾿Αναξ. ἐξ ὁμοίων τοῖς γενομένοις*, quibus devincimur, Arist. de disciplina Anax. eodem modo dixisse *ὁμοιομερῆ*, ut hos *ὅμοια*. Inquirendi igitur demum sunt loci illi, quibus Arist. de *ὁμοιομερείαις* Anax. loquitur. Legas verba in margine scripta, hîcque quae censeo. *a*) de coel. III, 3. T. 34 [5]). Verba *κ. τῶν ἄλλων σπερμάτων πάντων* exponi mihi videntur sequentibus *ἐξ ἀορατῶν ὁμοιομερῶν κτλ.* *b*) de gen. et corr. I, 1. T. 1 [6]). Nec verba Arist. *τὴν οἴκειαν φωνὴν*

---

[1]) Hoc clarius patet e locis *Sexti Emp.*, quibus priorum opiniones breviter exponit: Pyrrh. Hyp. III, 4. §. 32: *Δημόκριτος ἀτόμους, ᾿Αναξ. ὁμοιομερείας, Διόδωρος ἐλάχιςα καὶ ἀμερῆ σώματα, ῾Ηρακλείδης ἀνάρμους ὄγκους.* Arist. ipse Metaph. I, 6: — *᾿Εμπεδ. πῦρ καὶ γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα· ᾿Αναξ. δὲ τὴν τῶν ὁμοιωμερῶν ἀπειρίαν.*

[2]) v. *Schaub.* p. 69. [3]) cf. *Sext. Emp.* adv. Phys. I, §. 8.

[4]) Adv. Phys. II, §. 318.

[5]) *Εμπ. πῦρ καὶ γῆν καὶ τὰ σύςοιχα κτλ. — ᾿Αν. δὲ τοὐναντίον. τὰ γὰρ ὁμοιομερῆ ςοιχεῖα· λέγω δ᾿ οἷον σάρκα καὶ ὀςοῦν καὶ τῶν τοιούτων ἕκαςον· ἀέρα δὲ καὶ πῦρ μίγμα τούτων καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων πάντων· εἶναι γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν ἐξ ἀορατῶν ὁμοιομερῶν πάντων ἠθροισμένων. διὸ καὶ γίγνεσθαι πάντα ἐκ τούτων.*

[6]) *᾿Αναξ. τὴν οἰκείαν φωνὴν ἠγνόησε — ᾿Εμπ. τὰ μὲν σωματικὰ τέσσαρα — ᾿Αναξ. δὲ ἄπειρα καὶ Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος· ὁ μὲν γὰρ ὁμοιομερῆ ςοιχεῖα τίθησιν, οἷον ὀςοῦν καὶ σάρκα καὶ μύελον, καὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἕκαςον τὸ μέρος συνώνυμόν ἐςι· Δημ. δὲ καὶ Λεύκ. — ᾿Εμπ.*

ἠγνόησε, quanquam ad *γένεσιν* magis pertinere videntur, negligenda sunt, nec quod *ὁμοιομερῆ* de Empedoclis quoque doctrina adhibetur, *πανσπερμία κτλ.* de Anaxagoraea. Ex quibus sequi mihi videtur, ut Arist. *ὁμοιομερῆ* ipse adhiberet de Anax. doctrina. Nec latet, quomodo ad hunc usum pervenerit, quippe quum Anax. ipse talia protulerit, quae Arist. postea *ὁμοιομερῆ* nominare solebat, ut carnem, os, medullam etc. — Si igitur *Ritter* recte observat, *σπέρματα* proprium fuisse Anaxagorae verbum; [quod quidem linguae inexcultae signa prae se fert,] ad quod tamen *χρήματα* addendum est, et si *τὰ ὁμοιομερῆ* Arist. ex Anax. verbis colligi possunt *τὰ σπέρματα ὁμοῦ πάντα*, sive *πανσπερμία*, [si hoc non item potius Arist. est, quo de Democrito quoque utitur [1])]: jam quaerendum est, quonam jure Arist. hoc verbum attulerit, numque recte dixerit *Schleiermacher*: „wahrscheinlich ihm gar nicht zu Danke?" Praemittamus comparationem quandam *τῶν σπερμάτων* Anax., *τῶν ἀτόμων* Democriti et *τῶν ὄγκων* Asclepiadis Bithyni. Talem comparationem instituerunt jam *Aristoteles*, *Sextus Emp.* [2]), *Pseudoplutarchus* [3]), *Galenus* [4]), *Stobaeus* [5]), *Theodoretus* [6]), quos duces sequimur. *Sextus* quidem et *Strabo* [7]) secundum *Posidonium Stoicum* narrant, Democritum doctrinam a *Mocho* Phoenice accepisse. Asclepiades secundum Sext. E. *Heraclidis* Pontici discipulus erat, a *Galeno* [8]) auctor *τῆς τῶν ὄγκων τε καὶ πόρων ἐξ ἀρχῆς τοῦ*

φησι πῦρ καὶ ὕδωρ κ. γῆν κ. ἀέρα, ϛοιχεῖα τέσσαρα καὶ ἁπλᾶ εἶναι μᾶλλον ἢ σάρκα καὶ ὀϛοῦν καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ὁμοιομερῶν. Ἀναξ. δὲ ταῦτα μὲν ἁπλᾶ καὶ ϛοιχεῖα· γῆν δὲ κ. πῦρ κ. ὕδωρ κ. ἀέρα σύνθετα. πανσπερμίαν γὰρ εἶναι τούτων.

[1]) Coel. III, 4. T. 37.

[2]) Praeter locos laudatos adv. Phys. I. §. 363.

[3]) I, 3.

[4]) De elem. ex Hipp. I, 9 p. 483 seq. Plac. Hipp. et Pl. V, 3 p. 450.

[5]) Eclog. ph. I, 11.

[6]) Cur. aff. gr. II. p. 729.

[7]) XVI. p. 757.

[8]) Theriac. ad Pison. c. 3. p. 223.

σώματος ὑποθέσεως nominatur. Caeterum *Theodoretus*[1]) narrat, Democritum κενόν et ναςά primum docuisse, Metrodoro ἀδιαίρετα, ab Epicuro ἄτομα nominata.

Leucippus et *Democritus* docuerunt: omnia conformata sunt ἐκ σωμάτων ἀδιαιρέτων, ἀπείρων καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὰς μορφὰς, διαφερόντων τούτων[2]); sive: omnia facta sunt τῇ τῶν πρώτων μεγεθῶν, πλήθει μὲν καὶ σχήματι ἀπείρων, μεγέθει δὲ ἀδιαιρέτων, συμπλοκῇ καὶ περιπλέξει. ἡ αὐτῶν φύσις οἷον πανσπερμία ἐςὶ τῶν ςοιχείων[3]); sive: omnia formata sunt ἐξ ἀτόμων, ἀνομοίων τε καὶ ἀπαθῶν καὶ ἀποίων, οὔτε θρανσθῆναι, οὔτε διαπλασμὸν ἐκ τῶν μερῶν λαβεῖν οὔτε ἀλλοιωθῆναι δυναμένων[4]). Optime autem Democriti doctrinam exponit *Galenus* ita[5]): Unum est elementum secundum naturam, omni qualitate indigum, cui nec color albus, nec niger, nec quislibet insit, nec dulcedo, nec amaritudo, nec calor, nec frigus, nec quaelibet qualitas. [De qualitatibus sensitivis caetera infra exponemus.] Omnes hi atomi, parva corpuscula sine qualitate, in loco, h. e. in vacuo, feruntur sursum et deorsum per omne aevum, quibus aut implicatis aut incurrentibus atque evibratis, secretis et concretis rursum ad tales coetus, omnes fiunt concretiones et nostra corpora eorumque passiones et sensus. Hactenus Democritus. Epicurei addunt, eos esse propter duritiem non friabiles (ἀθρανςά), Leucippi sectatores propter parvitatem indivisibiles (ἀδιαίρετα). — Asclepiades autem Bithynus [Methodicae scholae auctor] ab hac disciplina differt docens: omnia formata sunt ἐξ ἀνάρμων ὄγκων, θρανςῶν τε καὶ ποιῶν καὶ ἀνομοίων[6]). Jam vero quid Anaxago-

[1]) D. IV. p. 794. cf. *Plut*, I. 3. 5. *Cic.* IV. D. I, 33. §. 93.

[2]) Verba in angustum deducta ex Arist. gen. et corr. I, 1. T. 1.

[3]) Ex Arist. coel. III, 4. T. 37.

[4]) E Sext. Emp. ll. ll. Plut. ll. ll. Theodor. ll.

[5]) De elem. ex Hipp. I, 1. p. 416 seq.

[6]) v. *Sext. Emp.* ll. ll. *Coel. Aurel.* morb. ac. I, 14 (p. 46 T. I. ed. *Haller*) qui totam rationem, qua Ascl. mundum conformatum esse

xagoras ante hos ipsos? ὁμοιομερείας statuit, respondet Aristoteles, respondet Sext. Emp. et Plutarchus; sed illis non contenti fragmenta ipsa inquiramus.

In operis sui initio breviter mundi habitum primum describit Anaxagoras. Quum enim mundi generatio nihil aliud significet, nisi illum modum, quo res exsistentes formam, qua hodie gaudent, sibi induerint: Anaxagorae omnia, quae nunc exsistunt, secundum materiam, quamvis non secundum formam, sempiterna ante illam generationem erant: ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα. Attamen materiae differentia his jam, quamvis sine forma, materialis inesse debuit: ἀὴρ καὶ αἰθὴρ (h. e. πῦρ) ἀμφότερα ἄπειρα ἐόντα. Addit: ταῦτα γὰρ μέγιςα ἔνεςιν (antea κατεῖχεν) ἐν τοῖς σύμπασι[1]). Mundi igitur hodierni generatio incepit secernendo e mole aërem et aethera: καὶ γὰρ ὁ ἀὴρ καὶ ὁ αἰθὴρ ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τοῦ πολλοῦ: [περιέχειν igitur hic non circumdare, sed complecti, τὸ περιέχον non quod circumdat, sed molem ipsam forma quaque orbatam denotat.] Sequitur hodiernus mundi habitus descriptus hisce verbis: καὶ τό γε περιέχον ἄπειρόν ἐςι τὸ

---

docuit, describit. Bene intelligitur, quam ob rem Ascl. ὄγκους non nominaret ἀτόμους. Apud Medicos usus verbi ὄγκος maxime diversus est, praecipue hic: ὄγκος idem quod οἴδημα; vel potius οἴδημα est species τοῦ ὄγκου mollis, absque dolore v. comm. *Galeni* ad aph. 34 sect. 4 p. 155 T. IX *Chart.*: ὡσαύτως οἱ παλαιοὶ τὸ οἴδημα καὶ τὸν ὄγκον. ad aph. 65 s. 5 p. 239 D. Def. Med. n. 382. cf. *Aret.* caus. diut. l. II, c. 1 p. 49 C. D. p. 50 A. cur. ac. II, 10 p. 111 C. *Lennep.* Etym. ed. *Nagel* p. 475. Tum corporis moles universa e. g. *Aret.* cur. diut. I, 7 p. 132 C: μηδὲν (sc. τῆς τροφῆς) εἰς τὸν ὄγκον ἀνίῃ v. *Galen.* comm. 3 ad Epid. VI s. III aph. 21 p. 460: λεπτυσμὸς — ὅλου τοῦ ὄγκου καθαίρεσίς τις; ita ut εὔογκος bonus corporis habitus et corpulentus sit v. *Aret.* cur. diut. I, 6 p. 132 A. Quibus significationibus accomodatur definitio *Galeni*: ὄγκος ἡ ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν αὔξησις, cui consentiunt e. g. verba *Aretaei* cur. ac. I, 4 p. 83 D: κύςις δὲ καὶ ἐς ὄγκον μέγιςον ἀείρεται. ὄγκος denique feminarum quoque mammas denotat, v. *Ruf. Ephes.* I, p. 30.

[1]) V. frgm. I. ap. *Schaubach.* p. 65.

πλῆθος[1]). Quibus absolutis, ad illum primum habitum accuratius describendum redit frg. VI. Omnia una erant, neque ullus color apertus, neque ulla qualitas, commixtione omnium rerum impediente, et semina magnitudine infinita, sibi nullo pacto similia[2]). Omnia reliqua fragmenta de hodierno rerum statu dicta censeo[3]). Hanc igitur molem movere et agitare incepit ὁ νοῦς[4]), qui quum moveret, omnia secernuntur, ipsaque motio secretionem auget[5]). Secernuntur igitur (v. supra) aër et aether: densum enim, humidum, frigidum et obscurum deorsum ad terrae locum, tenue, calidum et siccum sursum ad aetheris locum moventur[6]). Ita aethere et aëre sibi opposito, e nubibus h. e. aëre denso aqua, ex aqua terra secernitur, e terra lapides frigore concrescunt[7]). Omnes igitur res e particulis jam consistentibus commiscentur rursusque secernuntur, quocirca γίνεσθαι nominari debet συμμίσγεσθαι, et ἀπόλλυσθαι — διακρίνεσθαι[8]), nam ut initio mundi, ita nunc quoque omnia una sunt, nec re vera quidquam augetur et diminuitur[9]). Itaque in omnibus concretis omnium rerum semina, quae formas, colores et affectiones [ἡδονάς, de quibus v. apud Diog. Ap. infra] omnimodas habent, insunt[10]), quum omne diversum a diverso plane discerni non possit[11]), nec separari nec tanquam securi abscindi, nec calidum a frigido, nec frigidum a calido[12]). Attamen nihil aliud alii simile

---

[1]) Fr. 2 p. 83.

[2]) Fr. 6 p. 97: καὶ σπερμάτων ἀπείρων πλῆθους οὐδὲν ἐοικότων ἀλλήλοις.

[3]) Excipi potest fr. 16, quod quidem Anaxagorae genuinum esse, nego cum Schaub. p. 126.

[4]) De quo plura fr. 8 p. 100. [5]) Fr. 18 p. 129.

[6]) Fr. 19 p. 131. [7]) Fr. 20 p. 132. [8]) Fr. 22 p. 135.

[9]) Fr. 12 p. 122. [10]) Fr. 3 p. 85.

[11]) Fr. 8 p. 101. 9 p. 116. 10 p. 118: παντάπασι δὲ οὐδὲν ἀποκρίνεται ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου, πλὴν νοῦ.

[12]) Fr. 11 p. 119.

est [1]), sed in omni omnia inesse et in minore et in majore, in omni universi partem, credendum est, quanquam ea, quae in re aliqua plurima se habent, apertissima sunt [2]). Ex quibus sequitur, ut omnes quoque qualitates in corpore quocunque lateant, velut in corpore humano, ut, quum simile a simili non afficiatur, qualitas quaeque a contraria percipiatur et sentiatur. [Haec tradit Theophr. §. 27. 28.] Illa igitur corpuscula, quae Anax. ante mentis motum molem universam sine forma et qualitate effecisse credidit, ita denotari possunt: *σπέρματα ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα, ἄποια, ἀνόμοια* (*οὐδὲν ἐοικότα ἀλλήλοις* fr. 6), sed differunt a Democriti atomis, quae secreta a se in vacuo feruntur et *ἄποια* sunt, quia *ἀπαθῆ*, apud Nostrum, quia *οὐκ ἀποκρινόμενα*, commixtione impediente, sunt. Quid vero? ita *ἀνόμοια* quidem, tamen ab Arist. *ὁμοιομερῆ* sunt nominata? *Ὁμοιομερῆ*, ut supra vidimus, significant partes, quae ex una eademque materia constant, ut in ejusdem generis particulas dissecari possint. Ex quibus elucet, res quidem nunc exsistentes *ὁμοιομερῆ* nominari posse, quia ex iisdem particulis compositae sint, ex quibus universa moles illo tempore constabat, materia ipsa non mutata, illas particulas autem nullo pacto ita nuncupari licere, quas Anax. inter se dissimiles credidit. Quot errores ex hoc Arist. nomine de Anax. doctrina provenerint, jam vides apud *Ciceronem*, qui „particulas, similes inter se, minutas" transvertit [4]). Optime denotantur a *Sexto Emp.*: *ὅμοια τοῖς γεννομένοις*.

De sensibus nemo Anaxagorae demonstrationes refert, praeter Theophrastum, qui eo majoris est momenti, quo plura nondum cognita, inprimis de dolore semper cum sensu conjuncto, conservavit. De debilitate sen-

---

[1]) Fr. 6 p. 97. 8 p. 101. 13 p. 124.

[2]) Fr. 7 p. 99. 8 p. 101. 12 p. 122. 15 p. 125. [3]) v. p. 4.

[4]) Acad. II, 37. *Chalcidius* l. l. p. 291: „similia". cf. *Fabric.* ad Sext. E. H. P. III. §. 32. Melius exponit Anax. doctrinam *Lucret.* I, 830.

suum ad veritatem cognoscendam exponit Sext. Emp.[1]). Quodsi enim quid nigrum et album guttatim confundimus alterum in alterum, oculus parvas, quae re vera efficiuntur, mutationes discernere non potest. Non multum valet quod *Theodoret.* narrat, Anax. Democr. et Stoicos pronuntiasse, *ἄδηλον αἰτίαν ἀνθρωπίνῳ λόγῳ*[2]).

§. 28. De voce Anax. opinionem refert *Plut.*[3]). Noctem ad auditum aptiorem esse, *διὰ τὸ τῆς μὲν ἡμέρας σίζειν καὶ ψοφεῖν τὸν ἀέρα θερμαινόμενον ὑπὸ τοῦ ἡλίου· τῆς δὲ νυκτὸς, ἡσυχίαν ἔχειν ἅτε ἐκλελοιπότος τοῦ θερμοῦ,* refert sec. An. Aristoteles[4]).

§. 30. Memoria maxime dignum est, Anaxagoram jam pronuntiasse, aërem calore extendi (tenuiorem fieri), quibus a Th. relatis consentit *Origen.* philos. 8[5]).

§. 36. Notum est[6]), Democritum cum Platone dixisse, Anaxagoram permulta ab antiquioribus petiisse, de qua re v. *Carus* de cosm. theol. font. Anax. p. 693.

§. 37. Ad verba *διότι — αἰσθήσεις* annotat *Schneid.*: „Sensum horum verborum non satis assequor. Videtur tamen intelligere doctrinam, quae docet, visum fieri per *τὰ ἐναντία*, non per *τὰ ὅμοια*. Hanc partem doctrinae executus fuerat Anaxagoras, sed *τὰ σωματικὰ πάθη καὶ αἴτια* omiserat." Equidem puto, intellecta esse *τὰ σωματικώτατα τῆς αἰσθήσεως* i. e. *τὰ αἰσθητά*, de quibus aliquid protulisse Anaxagoram Theophr. negat §. 59: *καὶ γὰρ Ἀναξ. ἁπλῶς εἴρηκε περὶ αὐτῶν κτλ.*

---

[1]) Adv. Logicos I. §. 90.

[2]) De cur. af. gr. D. VI p. 852.

[3]) IV, 19: *τὴν φωνὴν γίνεσθαι πνεύματος ἀντιπεσόντος μὲν στερεμνίῳ ἀέρι, τῇ δ' ὑποστροφῇ τῆς πλήξεως μέχρι τῶν ἀκοῶν προσενεχθέντος.*

[4]) Probl. 33 s. XI p. 909.

[5]) *Ἀνέμους δὲ γίνεσθαι λεπτυνομένου τοῦ ἀέρος ὑπὸ τοῦ ἡλίου κτλ.* cf. D. L. II §. 9.

[6]) D. L. IX, 34.

Cap. VII.

De Clidemo ad §. 38.

Praeter *Meursium* [1]) nemo, ne Fabricius quidem, de hoc philosopho disputans mihi occurrit. Quod tamen nemini vitio est, quoniam ejus perpauca conservata sunt. Plurima inveniuntur singula apud *Theophr.* de plantis: h. pl. III, 1 §. 4. caus. pl. I, 10 §. 3. III, 23 §. 1. 2. V, 9 §. 10. Praeterea de fulguratione *Arist.* Meteorol. II, 9 p. 788. et *Seneca* Nat. quaest. II, 55. (T. I. p. 761.) Praeter haec loca nullibi commemoratum eum inveni. Nam si Meursius, obiter ejus mentionem faciens, dicit, Clidemum citari diversis locis a Plutarcho, Athenaeo, Harpocratione, Constantino Porphyrogenneta, hic longe diversus fuisse mihi videtur Clidemus, grammaticus, Homeri interpretator, qui nequaquam tempus ante Aristotelem olet. Ita *Suidas* nonnullas ejus affert explicationes grammaticas v. ἄπεδα. ἠπέδιζον. πύκνη. ὕης. *Athenaeus* VI, 26. IX, 78. X, 425. XIII, 89. XIV, 79. Quae ab his commemorantur scripta Clidemi, ut Ἐξηγητικός, Νόστοι, Ἀτθὶς κτλ. eandem indolem prae se ferunt. Si autem *Schneider* in ann. ad c. pl. I, 10 §. 3. adjicit: „Empedocleae disciplinae alumnus, quemadmodum et Menestor, ut ex hoc loco aliisque apparet", mihi hoc non apparet nec caussam video. Namque e nostro Theophrasti loco et hist. pl. III, 1 §. 4, item ex Aristot. l. l. Anaxagorae et Diogenis Apolloniatae aequalis et maxima ex parte Anaxagoraeus fuisse videtur, quamquam Anaxagorae principia jam mutavit [2]), id quod clare demonstrat Theophr. Mens igitur Clidemo verisimiliter illud visum est, ad quod omnes

---

[1]) Theophrastearum lectionum libellus LB. 1640. 12. p. 87.

[2]) Nomen vario modo scribitur: Κλεόδημος, Κλήδιμος, Κλήδαμος, Κλήδημος, Κλείδιμος, Κλείδημος. Meursius Κλείδημος scribi voluit, cu[i] consentimus, quia Seneca quoque convenit.

corporis affectiones ut sentiantur, pertineant, quod tamen nullo munere in generatione universi functum sit. Ita quidem Clidemus Anaxagorae distinctionem inter mentem et materiam coluisse, aliam tamen viam ingressus videtur esse. — De visu Clidemus diverso ab aliis modo disputavit, quia oculi ipsi translucidi ei visi sunt, ideoque nos videre putat, non, ut Alcmaeon, Aristoteles et Theophrastus ipse putarunt, quia ad oculos colores et formae rerum per translucidum, i. e. lumine, perveniant.

Cap. VIII.

Doctrina Diogenis Apolloniatae ad §. 39 — 48.

Schleiermacher, quum de *Diogenis Apolloniatae* philosophia disputaret[1]), negavit hac doctrina, post Anaxagoraeam posita, philosophiam progressam, sed regressam esse, ut inter Anaximenis et Anaxagorae disciplinam Diog. Apoll. sapientia sit ponenda. Quum igitur Nostri fragmentorum editor nuperrimus[2]) hanc quaestionem feliciter solvisse mihi non videatur, caussas, ob quas Diog. Ap. philosophiam post Anaxagoraeam esse collocandam existimo, hic breviter expediam. Sunt autem hae:

1) *Simplicius*[3]) haec dixit: *Διογ. δὲ ὁ Ἀπ. σχεδὸν νεώτατος γεγονὼς τῶν περὶ ταῦτα σχολασάντων τὰ μὲν πλεῖστα συμπεφορημένως γέγραφε. τὰ μὲν κατὰ Ἀναξαγόραν, τὰ δὲ κατὰ Λεύκιππον λέγων.* cf. *Plut.* pl. ph. IV, 3. Quamquam autem nonnulli viri docti recentioris temporis contra haec Simplicii dicta disseruerunt[4]), tamen quum mihi

---

[1]) Abhandl. d. Akad. z. Berlin (1807 — 11). Berl. 1815. p. 93 seq.

[2]) *Panzerbieter* Lips. 1830. 8. Contendit, nec Diogenem cognosse Anaxagoram, nec Anaxagoram Diogenem. Sed uterque eodem tempore Athenis commoratus est.

[3]) Ad Arist. ph. p. 6 a.

[4]) *Ritter* G. d. Philos. p. 218 [4]): „Diese Meinung können wir nicht würdigen; wenigstens bezieht sich dieſs nicht auf die speculative Seite seiner Lehre."

persuasum habeam, haec non sine caussa dicta esse, infra aliquid proferam, quo certius fiat, Diogenem ab Anax. plura petiisse.

2) *Theophrastus* Diogenis sententias exponit post Anaxagoram et in nostro libello et in historia plantarum III, I §. 4.

3) Jam in doctrina *Clidemi*, ut in cap. antecedente vidimus, demonstrat Theophr., sententiam Anaxagorae de mente (*νοῦς*) legibus quibusdam commutatam esse, quod a Diogene clarius factum est.

4) Sententiae de sensibus, quas protulit Diog. Ap., fere eaedem sunt, quam illae, quas Anaxagoras tradiderat cf. §§. 27. 28 cum §§. 39. 40. Multa tamen singula, ut Theophr. ipse annotat §. 40 fin., addidit Diog. Ap., quod successoris munus videtur.

5) Materia a mente (*νοῦς*) per Anaxagoram plane avulsa, earumque diversitate recognita, mox physiologis studium fieri debuit, membrum quoddam medium, quo corpus anima conjungantur, eruendi, ut *νοῦς* in materia inesse, materia *τὸν νοῦν* accipere possit. Quod igitur postea, quum illa diversitas in dies acutius perciperetur, *Platoni* medulla, *Aristoteli* calor innatus, *Stoicis* spiritus innatus, *Herophilo* et caeteris nervi visi sunt: id esse aërem statim post Anaxagoram docuit Diogenes. Etenim quum Anaxagoras duas constitueret diversitates, *τὸν νοῦν* et materiam (*σπέρματα, χρήματα* i. e. *τὴν ὕλην*): apud Platonem autem tres inveniamus, *τὸν νοῦν, τὴν ψυχήν, τὸ σῶμα*: Diogenes jam hanc *ψυχήν*, i. e. facultatem, qua *ὁ νοῦς* materiam, et qua materia *τὸν νοῦν* moveat, recognovit, quamvis nondum tam acute, quam Plato. Hanc igitur *ψυχήν*, mediam inter *νοῦν* et materiam, aërem esse eumque calidiorem docet[1]). Si igitur aër *ψυχή* est, i. e. si aër vis est et forma facultatis, qua *νοῦς* sese manifestat:

---

[1]) Fr. 6 p. 64: *καὶ πάντων ζώων δὴ ἡ ψυχὴ τὸ αὐτό ἐστιν, ἀὴρ θερμότερος.*

aëre vivimus, aëre audimus, videmus caeterumque intellectum habemus [1]). Ut igitur sensus fiant, externa cum interno aëre circum cerebrum correspondeant, conveniant et commisceantur necesse est; atque aëre non puro et sicco, sed humido *νοῦς* impeditur; demum in illis rebus, in quibus, ut in plantis, nihil est aëris, *νοῦς* manifestari, *νοῦς* esse non potest [2]). Attamen neque in animalibus neque in hominibus ullis eadem est aëris et species et calor [3]). Quum autem ex altera parte Diog. Ap. intelligeret, materiae genera varia, in corporibus mixta, mixta esse non posse, nisi antea omnia ex uno provenissent, hanc primariam materiam, ex qua omnia originem duxissent, aërem esse docuit. Quomodo ad aërem pervenerit, facile perspicitur e verbis ejus: *αὐτοῦ* [sc. *τοῦ ἀέρος*] *γάρ μοι τούτου δοκέει ἔθος εἶναι, καὶ ἐπὶ πᾶν ἀφῖχθαι καὶ πάντα διατιθέναι καὶ ἐν παντὶ ἐνεῖναι. καὶ ἐςὶ μηδὲ ἓν ὅτι μὴ μετέχει τούτου* [4]). Dein quia omnium elementorum maxime aër variis formis gaudere Diogeni visus erat [5]). Ad hoc quia *ἄνθρωπος καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ἀναπνέοντα ζώει τῷ ἀέρι*. Denique quia animalium semen aëreum sit [6]). Si autem Diog. Ap. unam omnium rerum originem post Anaxagoram contendere voluit, demonstranda erat unius principii necessitas, quod initio libri factum est [7]), quodque factum esse

---

1) Ib.: *καί μοι δοκέει τὸ τὴν νόησιν ἔχον* [ut *περιέχον*] *εἶναι ὁ ἀήρ*. — ib. p. 65: *ὅμως δὲ πάντα τῷ αὐτῷ καὶ ζῇ* (sc. *τῷ ἀέρι*) *καὶ ὁρᾷ καὶ ἀκούει καὶ τὴν ἄλλην νόησιν ἔχει ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ πάντα.*

2) V. Theophr. §. 44 sq.   3) Fr. 6 p. 65.   4) Fr. 6 p. 62.

5) Ib. p. 63: *ἀλλὰ πολλοὶ τρόποι καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀέρος — εἰσίν· ἐςὶ γὰρ πολύτροπος καὶ θερμότερος καὶ ψυχρότερος καὶ ξηρότερος καὶ ὑγρότερος καὶ ςασιμώτερος καὶ ὀξυτέρην κίνησιν ἔχων κτλ.*

6) Simpl. p. 33 a: *δείκνυσιν, ὅτι καὶ τὸ σπέρμα τῶν ζώων πνευματῶδές ἐςι.*

7) Fr. 2 p. 39: *οὐδαμῇ οὔτε μίσγεσθαι ἀλλήλοις ἠδύνατο, οὔτε ὠφέλησις τῷ ἑτέρῳ οὔτε βλάβη ... οὐδ᾽ ἂν οὔτε φυτὸν ἐκ τῆς γῆς φῦναι, οὔτε ζῶον οὔτε ἄλλο γενέσθαι οὐδὲν, εἰ μὴ οὕτω συνίςατο, ὥςε τωὐτὸ εἶναι· ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἑτεροιούμενα κτλ.*

Theophr. [1]) et Aristot. [2]) tradunt. Successoris quoque munus erat, hoc principium multo accuratius per omnes species persequendi et perducendi, quod Anaxagoram neglexisse antiqui vituperant [3]). Diog. Ap. contra omnia ad principium reducere conatum esse, Theophr. narrat [4]). Attamen ex contraria parte, Diog. Ap. τὸν νοῦν non neglexisse jamjam in generando mundo, videas ex his verbis Simplicii [5]): *δείξας, ὅτι ἐςὶν ἐν τῇ ἀρχῇ ταύτῃ νόησις πολλὴ, οὐ γὰρ ἂν, φησὶν, οὕτω δεδάσθαι οἷόντε ἦν ἄνευ νοήσεως, ὥςε πάντων μέτρα ἔχειν κτλ.*, ex quibus simul clarius patet, *τὸν νοῦν* Diogeni non fuisse aërem ipsum, sed aërem *τὸ τὴν νόησιν ἔχον*, et ne aërem ipsum quidem, sed aërem calidiorem et puriorem *ψυχήν* esse [6]).

§. 39. *οὐδὲ γὰρ τὸ ποιεῖν κτλ.* Idem tradit *Aristoteles* [7]).

§. 40. *τὴν δ' ἀκοὴν κτλ.* Idem tradit *Plutarchus* [8]). — *φλεγμασία* raro apud medicos antiquos occurrit, saepius *φλόγωσις* et *φλεγμονή*. *φλόγωσις* enim inflammationem significat s. colorem igneum sine tumore, vel tumore neglecto, ubi cum hac voce *φλεγμονή* apud antiquissimos convenit, quae tamen ab *Erasistrati* tempore tumorem, qui plerumque comitatur inflammationem, solum significare solebat v. *Galen.* comm. ad aph. 65 s. 5 p. 239 D. *Chart.*, ita ut in Pseudogaleni Def. Med. *φλεγμονή* exponatur *οἴδημα* n. 327 et *ὄγκος* n. 382 [9]).

---

[1]) §. 39. [2]) Gen. et corr. I, 6. [3]) V. *Schaubach* p. 156.

[4]) V. §. 39 init. §. 46 init. §. 48 fin. [5]) V. *Panzerb.* fr. 4 p. 49.

[6]) Non male igitur *Augustinus* Civ. D. VIII, 2: „D. quoque aërem quidem dixit rerum esse materiam, de qua omnia fierent, sed eum esse compotem divinae rationis, sine qua nihil ex eo fieri posset," cf. *Hesych. Illustr.* π. σοφ. p. 20 [Antverp. 1552. 8.]

[7]) Gen. et corr. I, 6: *καὶ τοῦτο ὀρθῶς λέγει Διογ., ὅτι εἰ μὴ ἦν ἐξ ἑνὸς ἅπαντα, οὐκ ἂν ἦν τὸ ποιεῖν καὶ πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων κτλ.*

[8]) Pl. ph. IV, 16: *τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ ἀέρος ὑπὸ τῆς φωνῆς τυπτομένου καὶ κινουμένου.*

[9]) Cum hisce vocibus tres aliae conjungendae sunt, quarum rationem hic breviter exponamus. Diversos enim gradus inflammatio-

§. 41. Diog. Ap. pluribus in locis corporis adesse aërem putavit. Primum igitur circa cerebrum, ut Theophr. nobis persuadet. Tum simul cum sanguine in omnibus venis, quod jure concluditur e §. 43: *ὅταν μὲν γὰρ πολὺς ὁ ἀὴρ κτλ.* et e verbis Simplicii p. 33 a: *τοῦ ἀέρος σὺν τῷ αἵματι τὸ ὅλον σῶμα καταλαμβάνοντος διὰ τῶν φλεβῶν* et Plutarchi [1]). Quibus illustrantur verba *διϊέναι καὶ συνιέναι* de toto cursu aëris simul cum sanguine per corpus. Si autem locum aëris et *τῆς νοήσιος* principalem quaerimus, praeter cerebri locum, ad quem visus, auditus et olfactus pertineant, nullum statuisse Diog. Ap. videtur, quia Theophr. Diogenem refellit dicens, *τὸν νοῦν* non in omnibus corporis partibus, sed in *ὡρισμέναις* adesse [2]).

---

nis denotari apud me constat hoc ordine: *φλεγμονή* [*μεγάλη*], *γάγγραινα*, *σφάκελος*, *νέκρωσις*. [v. *Galen.* comm. 4 in l. de art. n. 32.] Quamquam enim *γάγγραινα* mortem parti affectae totalem minatur, tamen humorum affluxum et ita ad vitam restitutionem non plane tollit. cf. *Gal.* Def, Med. De voce *σφάκελος* magnum erat apud medicos discrimen, tamen nusquam invenitur ille usus, quem recentiores proposuerunt, *σφάκελος* de corruptione mollis tantum cujusdam partis dici. Immo etiam nonnulli veteres *σφάκ.* tantum de ossium corruptione dici voluerunt, cum quibus Galenus non consensit, semper cujuscunque partis corruptionem totius substantiae *σφακ.* nominandam esse statuens v. com. ad aph. 50 s. 7 p. 319. Exeg. v. Hipp. et a. l. *Νέκρωσις* tandem de cujuscunque partis tali mortificatione adhibetur, quali calor innatus extinguitur, organonque ad muneribus fungendum ineptum fit. cf. *Aret.* caus. ac. II, 10 p. 23 E. usus adjectivi *νεκρώδης* id. caus. diut. I, 7. cur. ac. I, 2 p. 78 B. Ab his autem differt maxime *σῆψις*, putredo, qui praecipue *ταῖς νομαῖς* [ulceribus depascentibus, *ἕλκη ἀνεσθίοντα* (*Aret.* caus. diut. II, 9 p. 61 A. E.) *ἕρπητες* (Def. Med. n. 374) *φαγέδαινα* (ib. n. 257. *Arist.* poët. ex Aeschyli Philoct. c. 22)] adscribitur v. *Hippocr.* Prorrh. II. p. 98 A. *Aret.* caus. diut. I, 9 p. 38 E. *Cael. Aur.* diut. IV c. 8 p. 339.

1) V, 23: *εἰ ἐπὶ πᾶν τὸ αἷμα διαχεύμενον πληρώσει μὲν τὰς φλέβας, τὸν δ' ἐν αὐταῖς περιεχόμενον ἀέρα κτλ.*

2) In corde quoque aërem esse *Plut.* IV, 5 hoc modo demonstrat: *τὸ ἡγεμονικὸν ἐν τῇ ἀρτηριακῇ κοιλίᾳ τῆς καρδίας, ἥτις ἐςὶ πνευματική.* Sed multo cum jure censet *Panzerb.* p. 87 seq. haec e Stoicis potius opinionibus et usu dicta esse, quanquam negari non potest, Diogenem, quoniam ad cordis sinus multum sanguinis perveniat, hic plus esse aëris quoque, statuere potuisse.

Caeterum de venis Diogenem primum meliorem doctrinam expediisse, notum est ex *Aristot.* h. an. III, 2 §. 4. cf. *Panzerb.* p. 72 sq. Attamen Arist. Diogenis sententias excerpsisse tantum mihi videtur, quoniam Theophr. varias commemorat venarum e cerebro ad aures oculosve currentium conditiones, quarum ille nullam facit mentionem. Quanquam igitur Diog. Ap. aurem externam (auriculam) a meatu auditorio distinxit: *τὸ τρῆμα — τὸ οὖς*, tamen facere non possum, ut mihi persuadeam, Diogenem vidisse arteriam auditivam internam, ex art. basilari plerumque ortam, nec non arteriam ophthalmicam ex carotide cerebrali natam; Diogenem, qui nihil vidit, nisi externa et maxima vasa. Itaque magis arridet haec explicatio: circa cerebrum aër est, ad quem sensus referri debent, cerebrum enim solum nihil discernere potest v. §. 39; venis aër ducitur per totum corpus; itaque venae a cerebro ad oculos auresque currant necesse est.

§. 42. *μικρὸν ὢν κτλ.*] Nullibi nobis occurrit, Diog. Ap. aërem *θεόν* nominasse [1]). Referri potest ad haec Diogenis verba [2]). Quod enim invisibile, immortale multisque formis praeditum est, facile *θεός* nominari potuit, ratione philosophica vix violata. Ita de Anaxagorae mente quoque narratur, quamvis a serioribus [3]). Namque qua ratione haec comprehendantur, prodit Arist. phys. III, 4. T. 30: *διὸ καθάπερ λέγομεν, οὐ ταύτης* [i. e. *τοῦ ἀπείρου*] *ἀρχή, ἀλλ' αὕτη τῶν ἄλλων εἶναι δοκεῖ, καὶ περιέχειν ἅπαντα καὶ πάντα κυβερνᾷν, ὥς φασιν ὅσοι μὴ ποιοῦσι παρὰ τὸ ἄπειρον ἄλλας αἰτίας, οἷον νοῦν ἢ φιλίαν· καὶ τοῦτο εἶναι θεῖον· ἀθάνατον γὰρ καὶ ἀνόλε-*

---

1) Nihil hic valet *Vellejus* apud *Cic.* ND. I, 12 §. 29: „Quid aër, quo D. A. utitur deo, quem sensum habere potest aut quam formam dei?" qui tales pro omnibus comminiscitur.

2) Fr. p. 46: *ἀλλὰ τοῦτό μοι δῆλον δοκέει εἶναι, ὅτι καὶ μέγα καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἀΐδιόν τε καὶ ἀθάνατον καὶ πολλὰ εἰδός ἐςι.* cf. fr. 5. p. 52.

3) V. *Carus* l. c. p. 709. *Schaubach* p. 152 sq.

θρον, ὥσπερ φησὶν ὁ Ἀναξίμανδρος, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν φυσιολόγων. Miror, quod *Carus* et *Schaubach* haec verba ad Anaxagoram retulerunt, injuste, quia verba *καὶ τοῦτο εἶναι τὸ θεῖον* non ad *νοῦν*, sed ad *τὸ ἄπειρον* referenda sunt, quod demonstrant non solum verba sequentia de Anaximandro, sed etiam antecedentia *ὥς φασιν ὅσοι μὴ κτλ.* Verba singula Diogeni quoque arrident cf. fr. 6. p. 61. — E verbis autem, quae nunc exponimus, clarius etiam patet differentia *τοῦ ἐντὸς ἀέρος* et *τοῦ ἔξω* — ille Dei particula est, i. e. qualis aëris in nobis anima, talis illud mundi principium sublime est: in quibus iterum mundi animam Platonis, cujus particula nostra sit, jam latere credo. Externus igitur aër ipse *ἑτεροίωσις* s. *ἀλλοίωσις* quaedam principii est. — *τὸν νοῦν κτλ.*] *Schneider* laudat ad locum illustrandum verba *Stratonis* physici [1]).

§. 43. *κριτικώτατον κτλ.*] De gustu *Plut.* [2]) quoque Diogenis sententiam tradit. Plutarchi verba: *τὸ συνάπτειν τὰς ἀπὸ τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν φλέβας* exponuntur verbis Theophrasti, quasi non aliquot venae [3]), sed omnes ex reliquo corpore ad linguam tendant. Illa autem *ἐπὶ τὴν αἴσθησιν καὶ τὸ ἡγεμονικόν* ad cerebrum ejusque aërem referenda esse censeo.

καὶ τῶν ἄλλων ζώων κτλ.] Ad haec notat *Schneider*: „Notam coloris pilorum et lanae linguae pecudum venis impressam memorat etiam Arist. aliique." Locis non accuratius designatis, haec Arist. verba afferre possum h. an. III, 11 (vulgo): *ὅσα δὲ ποικίλα τῶν ζώων κατὰ τὰς τρίχας, ἐν τούτοις καὶ ἐν τῷ δέρματι προϋπάρχει ἡ ποικιλία καὶ ἐν τῷ τῆς γλώττης δέρματι.* De pilorum et

---

1) *Porphyr.* abstin. 3 p. 266: *ὡς οὐδὲ αἰσθάνεσθαι τὸ παράπαν ἄνευ τοῦ νοεῖν ὑπάρχει· καὶ γὰρ γράμματα πολλάκις ἐπιπορευομένους τῇ ἀκοῇ διαλανθάνουσιν ἡμᾶς καὶ διαφεύγουσι πρὸς ἑτέρους τὸν νοῦν ἔχοντας.*

2) Pl. ph. IV, 18: *τῇ ἀραιότητι τῆς γλώττης καὶ τῇ μαλακότητι καὶ διὰ τὸ συνάπτειν τὰς ἀπὸ τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν φλέβας, διαχεῖσθαι τοὺς χυλοὺς ἑλκομένους ἐπὶ τὴν αἴσθησιν καὶ τὸ ἡγεμονικὸν καθάπερ ἀπὸ σπογγίας.*

3) cf. Panzerb. p. 86.

cutis coloribus mutatis animalium multa bona profert idem de gen. an. [1]). Ac denique locum nostrum praetermittere non possumus, nisi locum Diogenis quendam co interpretati. In frg. 6 p. 64 leguntur: *καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἑτεροιώσιες ἔνεισι* (sc. *ἐν τῷ ἀέρι*) *καὶ ἡδόνῆς καὶ χροιῆς ἄπειροι*. Componantur cum verbis Anax. fr. 3: *καὶ σπέρματα πάντων χρημάτων καὶ ἰδέας παντοίας ἔχοντα καὶ χροιὰς καὶ ἡδονάς*, ad quae *Schaubach*: „*ἡδονή* — affectio, ea ratio alicujus rei, qua ipsam sensibus nostris percipimus, qua tactus imprimis afficitur." *Ritter* interpretatur Verhalten [2]), *Schleiermacher* Gefühl. *Panzerbieter* autem, ductus nonnullis Arist. locis, ubi dicitur *ἡδονή ἡ γενομένη ἐκ τῆς τροφῆς*, et usu verbi, *ἡδύς*, explicat *ἡδονήν* de aëris sapore (Wohlgeschmack), ut sapores cum coloribus conjuncti sint. At nonne Theophr. secundum Diogenem opponit *τὴν ἡδονήν* — *τῇ λύπῃ*? *ἡδονή* oritur ex aëre apte mixto cum sanguine perque totum corpus currente? *λύπη* e contrario? Similiter audacia, sanitas et contraria? Facile intelligitur, vocem *ἡδονή* h. l. significare bonam corporis conditionem et aptam, bonum habitum et modum — *εὐεξίαν*! *εὐεξία* non in illo sensu pravo excessus corpulentiae, ut apud *Hippocr*. aph. 3 s. I., Praec. c. 4 p. 27, 55. *Lucian*. var. hist. I, 1, sed ut *Suidas* exponit: *ἡ ἀκρότης ὑγιείας*, vel *Galenus*: *τῆς ὑγιεινῆς ἕξεως ἡ τελειότης* cf. *Aristot*. Nicom. V, 1. *Plutarch*. de educat. c. 11. *Lucian*. gymn. c. 12. 13. 25. Attamen linguam maxime discernere *τὴν ἡδονήν* — sed quoniam venae e toto corpore huc tendunt, qua signa mali habitus monstrentur — iterum *ἡδονή* — *εὐεξία*. Nam

---

[1]) V. c. 4 — 6. E. g. *μεταβάλλει δὲ τὰ ὁλόχροα πολλῷ μᾶλλον τῶν μονόχρων καὶ εἰς τὴν ἀλλήλων χροὰν τὴν ἁπλῆν. — τὰ δὲ μονόχροα τοὐναντίον. οὐ γὰρ μεταβάλλει, ἂν μὴ διὰ πάθος. — μάλιςα δὲ μεταβάλλουσι — διὰ τὰ ὕδατα — διαφέρει μὲν οὖν, ὥσπερ καὶ τὰ δέρματα τα διὰ πάθος λευκὰ τῶν διὰ τὴν φύσιν, οὕτω καὶ ἐν ταῖς θριξὶν, ἥτε διὰ νόσον ἢ καὶ ἡλικίαν κτλ.*

[2]) Nuperrime G. d. Philos. p. 224: der innere Muth.

in caeteris animalibus signa consistunt in colorum mutatione. Itaque non dubito, quin in Diog. ipsius loco *ἡδονή* nihil aliud quam *εὐεξίαν* i. e. bonam et corporis et animae conditionem internam, *χροή* formam externam significet[1].

§. 44. 45. Haec comparatio animalium cum mente captis vel infantibus occurrit etiam apud *Plut.* [2]. Notum est, quomodo recens philosophorum disciplina hos habitus componat denotetque verbis: extra se esse [aufser sich sein]. — *ὑγρότης*] apud *Simpl.* *ὑγρασία*, quod Diogenis fuisse *Schleiermacher* l. l. suspicatus est. — De plantis nihil Diogenis tradunt, nisi Theophr., qui eorum generationem quoque narrat[3].

§. 46. *οὔτε γὰρ τὴν αἴσθησιν κτλ.*] Sententia, quae supra saepius occurrit, hic eadem argumentatione gaudet. Nimirum quia eadem re, eadem actione *τὸ αἰσθ.* et *τὸ φρον.* fieri contenditur. Apud Diogenem quidem aëre sicco et puro utrumque efficitur, utrumque simul cum *τῷ ἥδεσθαι* contrariisque pro respirationis sanguinisque varie mixti conditionibus mutatur (v. §. 47.) *Ritterus* autem, locum nostrum ignorans, idem judicium tulit ingenuose ex alia sententia[4].

§. 47. *τὰ δὲ ὅλως οὐκ ἀναπνέει.*] Diog. A. hanc

---

1) Comparentur verba Anax. fr. 6 p. 97: *πρὶν δὲ ἀποκριθῇ καὶ ταῦτα, πάντων ὁμοῦ ἐόντων, οὐδὲ χροιὴ εὔδηλος ἦν οὐδεμίη*, i. e. nihil adhuc formam induerat.

2) V, 20: *μετέχειν μὲν ταῦτα* [sc. *τὰ ζῶα*] *τοῦ νοητοῦ καὶ ἀέρος, διὰ δὲ τὸ τὰ μὲν πυκνότητι, τὰ δὲ πλεονασμῷ τῆς ὑγρασίας, μήδε διανοεῖσθαι, μήτε αἰσθάνεσθαι* [corrupta sententia] *προσφερῶς δὲ αὐτὰ διακεῖσθαι τοῖς μεμηνόσι, παρεπταικότος τοῦ ἡγεμονικοῦ.*

3) Hist. pl. III, 1 §. 4: *Ταύτας τε δὴ τὰς γενέσεὶς ὑκοληπτέον εἶναι τῶν ἀργίων — Διογ., σηπομένου τοῦ ὕδατος, καὶ μίξιν τινὰ λαμβάνοντος πρὸς τὴν γῆν.*

4) G. d. Philos. p. 232 e verbis: *ὅμοιος δὲ πάντα τῷ αὐτῷ καὶ ζῇ καὶ ὁρᾷ καὶ ἀκούει καὶ τὴν ἄλλην νόησιν ἔχει ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ πάντα.* Ad verba igitur *τὴν ἄλλην* respiciens, addit: „Also das Sehen u. s. w. ist ein Denken." Nos autem respicimus cum Theophr. ad *τῷ αὐτῷ*.

sententiam Theophri. non agnosceret, contendens, omnia animalia respirare [1]).

Cap. IX.

Doctrina Democriti ad §. 49 — 58.

Mochum Phoenicem fuisse quendam, a quo Democritus edoctu esset, ut Posidonius narravit, [v. supra p. 191] nihil est, quod nobis persuadeat. Sed non item est, quo dubitari possit, *Epicurum* in plurimis physicis sequutum esse Nostrum [2]). Certe etiam antecessor Democriti [3]) *Leucippus* fuit, qui tamen quando vixerit, et quid ipse docuerit, admodum incertum est. Ante Diogenem Ap. vixisse eum, mihi constat ex illa *Simplicii* narratione a *Theophrasto* desumta, Diogenem multa mutuasse a Leucippo [v. supra p. 198, 1]. Quum autem nihil singulorum a Leucippo editorum traditum sit, non, credo, quoniam eorum obliti sunt posteriores, sed quia nihil ejus generis docuit, dein quum certo Leucippi sententia esset: „plenum et inane, *τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενόν*, est, ex quo omnia gignerentur [4])"; quum *Anaxagoras* igitur nec non *Parmenides* con-

---

[1]) *Arist.* resp. c. 2: *Ἀναξ. καὶ Διογ. πάντα φάσκοντες ἀναπνεῖν, περὶ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ὀςρείων λέγουσι τίνα τρόπον ἀναπνέουσι. Διογ. δὲ ὅταν ἀφῶσι τὸ ὕδωρ διὰ τῶν βραγχίων, ἐκ τοῦ περὶ ςόμα περιεςῶτος ὕδατος ἕλκειν τῷ κενῷ τῷ ἐν τῷ ςόματι τὸν ἀέρα. ὡς ἐνόντος ἐν τῷ ὕδατι ἀέρος.* — Caussam, ob quam pisces extra aquam moriantur, asserit ita, c. 3: *ὅτι τὸν ἀέρα πολὺν ἕλκουσι λίαν ἐν τῷ ἀέρι, ἐν δὲ τῷ ὕδατι μέτριον.*

[2]) Apud *Cic.* quaeritur: „quid est in Epicuri physicis non a Democrito?" N. D. I, 26 §. 73. Nugae, quas Epic. mutare ausus est, exponuntur Fin. I, 6. cf. *Plut.* pl. ph. I, 13. *Theodoret.* l. l. XI p. 984. XII p. 1033 et m. a. *Macrob.* Sat. VII, 14 et al.

[3]) Praeterquam in libris de philosophiae historia notissimis, Democriti doctrinam invenis expeditam in libro: Democritus reviviscens *Jo. Chr. Magneni*, Lond. 1658. 12, qui autem ad pauca Demi. plurima sua adjecit, quum Dem. philosophiam restituere vellet. Praeterea cf. *Baconi de Verulamio* libellus de principiis atque originibus.

[4]) *Cic.* Acad. II, 37. *Stob.* Eclog. ph. XI, 14 p. 306.

tra hanc vacuitatem certarent: Leucippus ante Anaxagoram et Parmenidem quoque, circiter *Heracliti* temporibus vixisse mihi videtur, ita ut circa 70 Ol. floreret. Democritus igitur, postquam Anaxagoras materiam et mentem diversas cognovit, Diogenes autem conjunctionem inter utramque in aëre invenisse sibi visus est, illam mundi ex atomis generationem Leucippi excoluit et de mente praesertim ex hac doctrina ea deduxit, quae eam sequantur necesse erat. Sed de atomis jam supra breviter expositum est, nunc ad Democriti sententias de anima aggrediendum, ubi animadvertimus, Leucippum profecto illam mentis negationem plane perficere nondum potuisse ante quam diversitas mentis cognita esset. Democritus igitur docuit, animam compositam esse ex primis illis corpusculis indivisilibus. Itaque animam figura gaudere eaque, ut facillime moveri possit, rotunda: rotundam autem ignis quoque figuram esse [1]). Anima igitur pro Democriti opinione conglobatio quaedam corpusculorum igneorum est, et animal movet [2]), quia ipsa sempiterno movetur [3]). Duae autem sunt cognitiones, *γνησίη* et *σκοτίη*, illa per intellectum, haec per sensus facta [4]). Attamen intellectus (*νοῦς*) et anima (*ψυχή*) idem est [5]). Omnis autem cognitio auxilio

---

[1]) *Arist.* anim. I, 2 T. 23. 30. coel. III, 4 T. 37. qui ib. c. 8. T. 69 narrat, nonnullos ignis, quasi mollilissimi, formam, sphaeram, alios pyramida putare. Sed ignem urere, quia angulos habeat, ut (T. 72) *Democrito* sphaera tanquam angulus quidam existat. Ad haec addas *Theophr.* de igne §. 52, qui ignis formam pyramidalem sec. Dem. explicat: *καί φησι Δημ. μὲν, περιψυχομένων μὲν αὐτοῦ τῶν ἄκρων εἰς μικρὸν συνάγεσθαι, καὶ τέλος ἀποξύνεσθαι.*

[2]) *Arist.* l. l. T. 20. *Stob.* Ecl. ph. LII p. 796. *Plut.* pl. ph. IV, 3. *Diog. L.* IX, 44: *τόν τε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἐκ τοιούτων — καὶ τὴν ψυχὴν ὁμοίως.*

[3]) *Arist.* anim. I, 3 T. 44.

[4]) *Sext. Emp.* adv. Math. VII, 135. 136. 138.

[5]) *Arist.* anim. I, 2 T. 23. 30. *Stob.* LI, 7 p. 790. *Diog. L.* IX, 44. Haec sibi contradicere videntur. Sed primum admoneamus, Democritum haec dixisse, quoniam Anaxagoras, *ψυχήν* movere, *νοῦν*

lio τῶν εἰδώλων, simulacrorum fit [1]). Namque a quaque re semper simulacrum emanat, quod ejus speciem effictam fert. Quae simulacra per meatus in corpus nostrum penetrant, ibique cognitionem omnem producunt [2]), vel somnia, quum simulacra in corpus dormientis delapsa sunt [3]). Ita sensus quoque perceptiones his simulacris efficiuntur. Cogitatur tandem secundum corporis mixtionem et habitum vario quidem modo [4]). Si autem anima ex illorum corpusculorum figuris sphaericis constat, non aliam ob caussam a figuris, quae eam circumdant, non extruditur, quam quod respiratur, respiratione autem tales figurae, quae in aëre quoque sphaericae sunt, afferuntur. Mors enim est exitus harum figurarum, propterea quod a

---

mundum movere contenderat v. *Arist.* l. l. T. 23. Tum Democritus cognitiones diversas perhibuit, utramque tamen ad eandem conglobationem corpusculorum igneorum pertinere opinatus est. Si enim negasset, νοῦν et ψυχὴν idem esse, tertium quoddam illi assignare debuisset. Quod demum *Plut.* nuntiat pl. ph. IV, 4: διμερῆ τὴν ψυχήν, τὸ μὲν λογικὸν ἔχουσαν ἐν τῷ θώρακι καθιδρυμένον, τὸ δ᾽ ἄλογον καθ᾽ ὅλην τὴν σύγκρισιν τοῦ σώματος διεσπαρμένον, hoc contra illa testimonia nihil valere censeo. *Sext.* enim *Emp.* plane contraria tradit: οἱ δὲ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι (sc. τὴν διάνοιαν) καθάπερ τινὲς κατὰ Δημ. adv. Log. VII, 349.

[1]) *Plut.* pl. ph. IV, 8.

[2]) *Plut.* sympos. VIII, 10 p. 930 ed. *Reiske*: ἐγκαταβυσσοῦσθαι τὰ εἴδωλα διὰ τῶν πόρων εἰς τὰ σώματα κτλ. pl. ph. IV, 8: τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν νόησιν γίνεσθαι, εἰδώλων ἔξωθεν προσιόντων κτλ. *Macrob.* Saturn. VII, 14: „censet ab omnibus corporibus jugi fluore quaepiam simulacra manare etc." De alio τῶν εἰδώλων genere, quod daemones denotat, hic nihil proferam. Si quidem verum est, Democr. multa fecisse itinera ad populos Asiaticos et Aegyptios, haec fortasse ex Orientis sapientia hausta sunt: v. *Sext. Emp.* IX, 19. *Cic.* N. D. I, 12 § 29. Animadvertas denique, Democr. opinatum esse, simile ad simile ferri: ὡς ἂν συναγωγόν τε ἐχούσης τῶν πραγμάτων τῆς ἐν τούτοις ὁμοιότητος. *Sext. E.* adv. Log. VII, 117.

[3]) *Plut.* sympos. l. c. *Arist.* div. p. somn. c. 2. *Plut.* pl. ph V, 2: τοὺς ὀνείρους γίνεσθαι κατὰ τὰς τῶν εἰδώλων παραστάσεις.

[4]) *Theophr.* §. 58. *Arist.* anim. I, 2 T. 23. *Sext. E.* adv. Log VIII, 139.

circumdantibus extruduntur [1]). Morienti figurae illae et ita anima dissolvuntur [2]).

§. 49. Summam Democriti sententiam, pati simile simili, *Aristoteles* quoque refert [3]). Sed si ita est, non dubium mihi videtur, ad quamnam partem Democritus sit adnumerandus, quum *ἀλλοιοῦσθαι* per *πάσχειν*, *αἰσθάνεσθαι* per *ἀλλοιοῦσθαι* exponeret. At facile intelligitur, quamobrem Dem. pati simile tantum simili putet, quum *ἀλλοίωσιν* mutatione situs et ordinis corpusculorum [4]), vel omnem *γένεσιν* et *φθοράν* congregatione et segregatione eorum fieri opinetur [5]). Ex quibus elucet etiam, quid sit, si Arist. quidem nuntiat, Leucippum ut Empedoclem credidisse, per meatus passionem fieri [6]), nimirum quia mutatio situs corpusculorum praecipue mutationibus pororum perficiatur. Prorsus igitur secundum tactum quamque rem pati [7]). — Ita *Sext. Emp.* quoque demonstrat, Democr. opinionem fuisse, simile simili cognosci [8]). — De sensibus in totum praeterea animadvertantur etiam, quae Arist. Democrito objicit, quod omnia sensilia ad tactum reducat [9]); sed de his infra plus afferetur. —

§. 50. De visu plures Democriti opinionem expo-

---

[1]) *Arist.* respir. c. 4. anim. I, 2 T. 21.

[2]) *Stob.* Ecl. LII, 39 p. 924: *ἔξεισιν ἡ ψυχὴ μὲν ἀπὸ τοῦ σώματος, ἐν δὲ τῷ ἐκβαίνειν διαφορεῖται καὶ διασκεδάννυται.*

[3]) Gen. et corr. I, 7 T. 47: *φησὶ γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ ὅμοιον εἶναι τό, τε ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον· οὐ γὰρ ἐγχωρεῖν τὰ ἕτερα καὶ διαφέροντα πάσχειν ὑπ᾽ ἀλλήλων· ἀλλὰ κἂν ἕτερα ὄντα ποιῇ τι εἰς ἄλληλα, οὐχ ᾗ ἕτερα, ἀλλ᾽ ᾗ ταὐτόν τι ὑπάρχει ταύτῃ τοῦτο συμβαίνειν αὐτοῖς.* Annuit quoque anim. II, 5 T. 51.

[4]) Ib. I, 2 T. 5: *διακρίσει μὲν καὶ συγκρίσει γένεσιν καὶ φθοράν. τάξει δὲ καὶ θέσει ἀλλοίωσιν. κτλ.*

[5]) Ib. l. l. Physic. III, 4 T. 29: *οὐθὲν ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνεσθαι κτλ.*

[6]) Gen. et corr. I, 8 T. 62.

[7]) Ib. T. 60. IX T. 80.

[8]) Adv. Log. VII, 116 sq.

[9]) Sens. c. 4: *πάντα γὰρ τὰ αἰσθητὰ ἁπτὰ ποιοῦσι.*

nunt, *Aristoteles* [1]), *Plutarchus* [2]), *Diog. Laërt.* [3]), *Macrobius* [4]), attamen nemo praeter *Theophrastum* accuratiora. Sed mirum est, quod *Aristt.* nihil de illa *ἀποτυπώσει ἐν ἀέρι* notum fuit: patet enim e quaestionibus ejus. — *ἅπαντος γὰρ ἀεὶ κτλ.*] *ἀποῤῥοή* idem denotat quod *εἴδωλον*, id quod elucet e verbis *Arist.* de somniis: *Δ. εἴδωλα καὶ ἀποῤῥοὰς αἰτιώμενος*, de div. p. somn. c. 2. Sed simul ex his et Th. verbis §. 51: *ὅλως δὲ ἀποῤῥοὴν ποιοῦντα τῆς μορφῆς, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ τῶν εἰδώλων κτλ.* patet, *ἀποῤῥοή* Democriti quoque verbum fuisse, quia Th. ea ita opponit. *ἰκμάδος κτλ.*] Ut ex Arist. vidimus, Democritus interna oculi aquam esse opinatus est; itaque postulat, ut aqua pura et tenuis sit. — Caeterum intelligitur, Democritum apud hanc *ἀποτύπωσιν* idem postulasse, quod prorsus apud *εἴδωλα* [5]), aërem purum, laevem et tranquillum. — Singularis demum non praetermittenda est sententia Democr., quam Arist. refert: *εἰ γένοιτο κενὸν τὸ μεταξὺ, ὁρᾶσθαι ἂν ἀκριβῶς, καὶ εἰ μύρμηξ ἐν τῷ οὐρανῷ εἴη* [6]) — Translatam nunc video hanc §. Thi. a **Goethe** z. Farbenlehre B. II. Abth. I. p. 6, de qua disputat p. 109. —

§. 54. *Ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μὴ κτλ.*] Hic non minus mirum est, quod Arist. apud Dem. quaesivit *διὰ τί ὁ ὀφθαλ-*

---

[1]) Sens. II p. 1431: *Δ. δὲ ὅτι μὲν ὕδωρ εἶναί φησι, λέγει καλῶς· ὅτι δ' οἴεται τὸ ὁρᾶν εἶναι τὴν ἔμφασιν, οὐ καλῶς· — ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μὴ ἐπελθεῖν αὐτῷ ἀπορῆσαι, διὰ τί ὁ ὀφθαλμὸς ὁρᾷ μόνον, τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν, ἐν οἷς ἐμφαίνονται τὰ εἴδωλα.*

[2]) Pl. ph. IV, 13: *Δ. Ἐπίκ. κατ' εἰδώλων εἰσκρίσεις ᾤοντο τὸ ὁρατικὸν συμβαίνειν.* cf. ib. c. 14.

[3]) IX, 44: *ὁρᾶν δ' ἡμᾶς κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις.*

[4]) Saturn. VII, 14: — „Ergo censet ab omnibus corporibus jugi fluore quaepiam simulacra manare; nec unquam tantulam moram intervenire, quin ultro ferantur inani figura cohaerentes corporum exuviae, quarum receptacula in nostris oculis sint et ideo ad deputatam sibi a natura sedem proprii sensus recurrunt.”

[5]) *Τοῦτο δὲ μάλιςα ποιεῖ δι' ἀέρος λείου τῆς φορᾶς γινομένης ἀκωλύτου καὶ ταχείας.* *Plut.* sympos. I. 1.

[6]) Anim. II, 7 T. 74.

μὸς ὁρᾷ μόνον. Caussam vero, ob quam Democritus totum corpus sensus particeps putet, facile intelligis, si computas, illas figuras corpusculorum igneorum sphaericas, ad quas sensus pertineant, per totum corpus meare, cf. §. 57.

§. 55. Eodem modo quum auditum toto corpore sentiri opinetur, et tanquam tactum aëris intrusi internum exponat, Aristotelis dictum affirmat, *πάντα ἁπτὰ ποιοῦσι!* Vocem autem, ut *Plut.*[1]) tradit, ita Democr. explicuit: *τὸν ἀέρα εἰς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι σώματα καὶ συγκαλινδῶναι τοῖς ἐκ τῆς φωνῆς θραύσμασι.*

§. 58. *Σῶμα ποιοῦντι τὴν ψυχήν.*] Priores quoque, *Parmenides, Empedocles, τὸ φρονεῖν* secundum mixtionem fieri putarunt, apud Democritum autem tam acerbe vituperat Theophrastus hanc opinionem? Ex omnibus mihi elucere videtur, Theophrastum bene sensisse, Democritum talia de anima edicere post *Anaxagoram*, i. e. animae natura multo clarius cognita, non amplius decuisse. — Scripsi loco *ἄλλο φρονεῖν* — *ἀλλοφρονεῖν*, plane ductus his verbis Aristotelis[2]): *Δημόκριτος, ἁπλῶς ταὐτὸ τὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν· τὸ γὰρ ἀληθῶς εἶναι τὸ φαινόμενον· διὸ καλῶς ποιῆσαι τὸν Ὁμηρόν, ὡς Ἕκτωρ κεῖτ' ἀλλοφρονέων*, ad quae Th. quoque respicit.

Cap. X.

Ad §. 59.

Pauca haec, quae de caeteris praeter Democritum et Platonem traduntur hac in secunda libelli nostri parte de sensilibus, paucis exponamus. *ὥσπερ Ἀναξαγόρας κτλ.*] Plane pertinent ad Frgm. 19 p. 131: *τὸ μὲν πυκνὸν καὶ διερὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ζοφερὸν ἐνθάδε συνεχώρησεν, ἔνθα νῦν ἡ γῆ* (h. e. *ἀήρ*, ex quo aqua, ex aqua terra v. su-

---

[1]) Pl. ph. IV, 19. [2]) Anim. I, 2 T. 23.

pra p. 194). Τὸ δὲ ἀραιὸν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν ἐξεχώρησεν εἰς τὸ πρόσω τοῦ αἰθέρος. — ἄνω καὶ κάτω φοραῖς.] plura de his v. infra in doctrina *Platonis*. Caeterum non plane cum his conveniunt, quae Arist. narrat: οὐδὲν διώρισαν περὶ κούφου καὶ βαρέος: οἷον Ἀναξαγ. καὶ Εμπ. [1]). Nihilo tamen minus e verbis Arist., ubi de terrae motu sec. Anax. loquitur [2]), clare prodit Theophr. narratio, ut ille ipse addat: τό τε γὰρ ἄνω καὶ τὸ κάτω νομίζειν οὕτως ἔχειν, ὥςε μὴ πρὸς τὴν γῆν πάντῃ φέρεσθαι τὰ βάρος ἔχοντα τῶν σωμάτων, ἄνω δὲ καὶ κοῦφα καὶ τὸ πῦρ (praeter aethera), εὔηθες. — ὅτι ἀποῤῥοή τις.] Cum his bene quadrant, quae §. 30 exponuntur de olfactu simul cum respiratione facto. — καὶ ὅτι μὲν τὸ λευκὸν κτλ.] v. supra §. 7 et comm. ad l. Caeterum *Stob.* [3]) de Emped. opinione de coloribus haec dicit: Τέτταρα δὲ τοῖς ϛοιχείοις ἰσάριθμα, λευκὸν, μέλαν, ἐρυθρὸν, ὠχρόν. Confiteor, quanquam Th. nihil de ultimis afferat, tamen caussam, quam ipse addit Stob. τοῖς ϛοιχείοις ἰσάριθμα, mihi veritatem hujus traditionis persuadere; tum, ut album ignis, nigrum aquae, sic pallidum aëris, rubrum terrae [אֲדָמָה] esset. — Inveni nunc doctrinam Empedoclis de visu, §. 7 et 8 Theophrasti tanslatam in linguam vernaculam a *Goethe*, zur Farbenlehre B. II. Abth. I. p. 2, qui de ea disserit etiam nonnulla p. 110.

Cap. XI.

Doctrina Democriti ad §. 60 — 82.

Meiners, Democriti opiniones de cognitione humana tractans, dicit [4]): „Er unterschied Empfindungsvermögen von Denkkraft oder Verstand. Er verwarf die

---

[1]) Coel. III, 2 T. 15. [2]) Meterol. II, 7.
[3]) Ecl. phys. XVII p. 364.
[4]) G. d. Wiss. in Gr. u. R. T. I S. 703.

Sinne, als ganz unzulänglich zur Erkenntnifs der Wahrheit, indem wir durch sie nur allein Gegenstände und Eigenschaften empfänden, die das nicht wären, was sie schienen. Alle Kenntnisse, die wir durch sie erlangten, seien dunkel u. s. w." *Ritter* praeter alia [1]): „Ganz richtig wird nun bemerkt, dafs dem Demokrit das durch den Verstand Erkennbare allein das Wahre sei." Attamen ab *Aristotele* traditur de Democrito et Leucippo [2]): *ἐπεὶ δ' ᾤοντο τὸ ἀληθὲς ἐν τῷ φαίνεσθαι, ἐναντία δὲ καὶ ἄπειρα τὰ φαινόμενα, τὰ σχήματα ἄπειρα ἐποίησαν;* et secundo loco [3]): *τὸ γὰρ ἀληθῶς εἶναι τὸ φαινόμενον;* et tertio [4]): *ὅλως δὲ διὰ τὸ ὑπολαμβάνειν, φρόνησιν μὲν τὴν αἴσθησιν, ταύτην δ' εἶναι ἀλλοίωσιν, τὸ φαινόμενον κατὰ τὴν αἴσθησιν ἐξ ἀνάγκης ἀληθὲς εἶναί φασιν· ἐκ τούτων γὰρ καὶ Ἐμπεδ. καὶ Δημόκρ. κτλ.* [5]). Ita Theophr. quoque §. 71: *γίνεσθαι μὲν ἕκαστον καὶ εἶναι κατ' ἀλήθειαν.* Nihil tamen haec curantes, illi viri doctissimi judicia probant sua locis *Sexti Empir.* [6]) quibusdam, praesertim illa cognitionis per rationem aut sensum factae distinctione, quam supra recensuimus, nisi; probant quoque eis, quae Arist. narrat, Democritum opinatum esse, *ἤτοι οὐδὲν εἶναι ἀληθὲς, ἢ ἡμῖν γ' ἄδηλον* [7]), et Sext. Emp. saepe, *Δημ. ἀναιρεῖ τὰ φαινόμενα* [8]), negligunt tamen nullo jure sententias nostras. Sed res ita se habere mihi videtur. — Jam supra animadvertimus, Democrito atoma fuisse *ἄποια*, omnis indiga qualitatis [9]). Omnem igitur

---

[1]) G. d. Ph. T. I S. 580.

[2]) Gen. et corr. I, 2 T. 5.

[3]) Anim. I, 2 T. 23.

[4]) Metaph. III, 5 p. 1276.

[5]) Jam supra (cap. IX) vidimus, Democr. *τὸ φρονεῖν* secundum mixtionem fieri. Caeterum hic idem de Homeri dicto affertur, quod de anim. l. l.

[6]) Adv. Log. VII, 138 sq.

[7]) Metaph. l. l. p. 1275.

[8]) Adv. Mus. VI, 53. adv. Log. VII, 135, 349.

[9]) Cf. quoque *Theophr.* caus. pl. VI, 7 §. 2.

qualitatem sensitivam gigni conventu atomorum, eorumque accessu ad nos sentientes. Nullum igitur colorem, nullum saporem sua ipsius natura gaudere, nec consistere per se ipsum. Secundum veritatem unum, quod existat, esse atomum et vacuum [1]). Omne igitur sensibile per se non existere, ea re affirmari, quod alteri animali eadem res amara alteri dulcis videatur, ac ne uni eidemque homini quidem eadem res semper eadem [2]). Negat igitur Democritus naturam singulatim constitutam sensibilium, ac contendit, omne sensile nihil aliud esse nisi passionem sensus i. e. nisi conditionem quandam inter atoma, quae accedant, et illum, ad quem accedant [3]). Attamen *τὸ φαινόμενον ἀληθὲς εἶναι* i. e. hanc conditionem atomorum, qualis nobis appareat, i. e. qualis nobiscum et cum nostra conditione quadret, re vera existere: nam si non existit, nulla nobis apparet. — Nihilo tamen minus, quia nostra conditio infinite varia se habeat, conditionem a t o m o r u m cum conditione n o s t r a infinite vario modo convenire, ut homini per sensus veram hanc conditionem vel obscuram (*σκοτίῃ*) vel plane non cognoscere liceat. Itaque *τ ὸ φ α ι ν ό μ ε ν ο ν ἐξ ἀ ν ά γ κ η ς ἀληθές ἐςι, ἡμῖν δὲ ἄδηλον*! s. ut Th. ait: *κατ' ἀλήθειαν ἕκαςον γίνεται*, sed,

---

[1]) *Galen* elem. ex Hipp. I, 1 p. 416: *νόμῳ γὰρ χροιὴ, νόμῳ πικρὸν, νόμῳ γλυκὺ, ἐτεῇ δ' ἄτομον καὶ κενόν, ὁ Δημ. φησιν*, (cf. *Sext. Emp.* adv. Log. VII, 135. Pyrrh. Hyp. I, 33 s. 214), *ἐκ τῆς συνόδου τῶν ἀτόμων γίνεσθαι νομίζων ἁπάσας τὰς αἰσθητὰς ποιότητας ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς αἰσθανομένους αὐτῶν, φύσει δὲ οὐδὲν εἶναι λευκὸν ἢ μέλαν κτλ. νομίζεται μέντοι παρὰ τοῖς ἀνθρώποις λευκόν τι εἶναι καὶ μέλαν καὶ γλυκὺ καὶ πικρὸν, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν ἓν καὶ μηδέν ἐςι τὰ πάντα.* *Stob.* Ecl. XVII p. 364: *Δ. φύσιν μὲν εἶναι μηδὲν χρῶμα, τὰ μὲν γὰρ ςοιχεῖα ἄποια, τά τε μεςὰ καὶ τὸ κενὸν κτλ.*

[2]) *Th.* §. 63 *Arist.* Metaph. l. l. *τὸ δ' αὐτὸ τοῖς μὲν γλυκὺ γευομένοις δοκεῖ εἶναι, τοῖς δὲ πικρόν. — ἔτι δὲ πόλλοις τῶν ἄλλων ζώων τἀναντία φαίνεσθαι καὶ ἡμῖν· καὶ αὐτῷ δὲ ἑκάςῳ πρὸς αὐτὸν οὐ ταὐτὰ κατὰ τὴν αἴσθησιν ἀεὶ δοκεῖν.* *Sext. Emp.* Pyrrh. Hyp. I, 33 S. 213 *τοῖς μὲν φαίνεσθαι γλυκὺ τὸ μέλι, τοῖς δὲ πικρόν.* cf. ib. 6 s. 63.

[3]) Cf. *Th.* §. 63.

ut *Sext. Emp.* ait, *τὸ φαίνεσθαι μηδὲν κατ' ἀλήθειαν*[1]).

§. 60. Componit Th. Democritum et Platonem[2]), de quo infra. — *τὰ δὲ τοῖς σχήμασι κτλ.*] Aristoteles, ubi Dem. et Leucippi doctrinam breviter exponit[3]), tres enumerat varias caussas passionum: *σχῆμα, τάξις* et *θέσις*. Illi enim *διαφέρειν φασὶ τὸ ὂν ῥυσμῷ καὶ διαθηγῇ καὶ τροπῇ μόνον*: *ῥυσμός* autem denotat *σχῆμα, διαθηγή τάξις, τροπή* — *θέσις*. Apud *Stobaeum*[4]) igitur verba corrigenda esse credo, qui has tradit formas faciliores: *ῥυθμός, διαταγή* et *προτροπή*, ubi miror quod *Arist.* loci editores fugerant. Si autem hîc Th. *μέγεθος* quoque adnumerat, hoc nihil valet, quum ipse quidem magnitudinem in explicando gravi et levi inveniri credat, v. §. 61.

§. 61, *τὸ πλέον ἔχον κενὸν κτλ.*]. *Arist.* ubi opiniones majorum de gravitate recenset, quamquam neminis nomen affert, tamen Democritum putavit hisce[5]): *τὸ κενὸν ἐμπεριλαμβανόμενον τὰ σώματα κουφίζειν φασὶ, καὶ ποιεῖν ἐςιν ὅτε τὰ μείζω κουφότερα· πλεῖον γὰρ ἔχειν κενόν.* Eodem modo alio loco[6]): *καίτοι βαρύτερόν γε κατὰ τὴν ὑπεροχήν φησιν εἶναι Δημ. ἕκαςον τῶν ἀδιαιρέτων.* Praeterea Democriti idem affert sententiam de quaestione, cur corpora lata supra aquam natent[7]).

§. 63. *ἐξ ἧς γίνεσθαι τὴν φαντασίαν.*] Ita *Stob.* quoque l. l. *παρὰ ταῦτα* (sc. *σχῆμα, τάξιν καὶ θέσιν*) *αἱ φαντασίαι*[8]). Quid autem sit *φαντασία* secundum usum

---

[1]) Adv. Log. VII, 135. [2]) Cf. *Sext. Emp.* adv. Mus. VI, 53.

[3]) Metaph. I, 4 p. 1232. cf. gen. et corr. I, 2 T. 7 c. 9 T. 80.

[4]) L. supra l. [5]) Coel. IV, 2 T. 13. [6]) Gen. et corr. I, 8 T. 66.

[7]) Coel. IV, 6 T. 42. 43: *φ. τὰ ἄνω φερόμενα θερμὰ ἐκ τοῦ ὕδατος, ἀνακωχεύειν τὰ πλατέα τῶν ἐχόντων βάρος· τὰ δὲ ςενὰ διαπίπτειν· ὀλίγα γὰρ εἶναι τὰ ἀντικρουόμενα αὐτοῖς·* et: *φ. οὐκ εἰς ἓν ὁρμᾷν τὸν σοῦν· λέγων σοῦν τὴν κίνησιν τῶν ἄνω φερομένων σωμάτων.*

[8]) Democr. non semper perseverare in opinionibus suis, patet quoque ex his, quae *Sext. E.* de *φαντασίᾳ* Democriti tradit, adv. Log. VII, 389: *πᾶσαν μὲν οὖν φαντασίαν οὐκ εἴποι τις ἀληθῆ διὰ τὴν περιτροπήν, καθὼς ὅτε Δημ.*

Arist. et Th. ex hac intelligatur definitione Arist.[1]): ἡ φαντασία, κίνησίς τις δοκεῖ εἶναι, καὶ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως γίνεσθαι, ἀλλ' αἰσθανομένοις, καὶ ὧν αἰσθήσεις εἰσίν· ἔςι δὲ γίνεσθαι κίνησιν ὑπὸ τῆς ἐνεργείας τῆς αἰσθήσεως.

§. 64. *ὡς ἡ διάθεσις κτλ.*] I. e. Sensilium ratio, quae nobis apparet, tantum e corporis nostri ipsius et sensorii conditione et mixtione prodit.

§. 65. Figuras, quas Democr. saporibus tribuit, enumerat Theophr. alio quoque loco[2]), ex quo, quum neque ordo idem sit nec verba, hic ea apponamus deinceps. ὀξὺν — γωνιοειδῆ καὶ καμπύλον καὶ λεπτὸν καὶ ἀπεριφερῆ. — γλυκὺν — τὸν ςρογγύλον καὶ εὐμεγέθη. —

§. 66. ςρυφνὸν — μεγαλόσχημον, τραχύν τε καὶ πολυγώνιον καὶ ἀπεριφερῆ. — πικρὸν — περιφερῆ καὶ λεῖον ἔχοντα σκολιότητα, μέγεθος δὲ μικρόν. — ἁλμυρὸν — γωνιοειδῆ καὶ εὐμεγέθη καὶ σκολιὸν καὶ ἰσοσκελῆ. —

§. 67. δριμὺν — περιφερῆ καὶ λεπτὸν καὶ γωνιοειδῆ καὶ καμπύλον. Addit autem praeter haec: λιπαρὸν δὲ — τὸν λεπτὸν καὶ ςρογγύλον καὶ μικρόν. De tota autem hac saporum explicandorum ratione nuntiat *Arist.*[3]): εἰς δὲ τὰ σχήματα ἀνάγει τοὺς χυμούς.

§. 68. *θερμὸν δὲ καὶ ψυχρὸν κτλ.*] Th. ipse nihil de figura calidi ac frigidi nuntiat, Arist. autem pauca hisce: καίτοι γε τοῦτο ἄτοπον, τὸ μόνον ἀποδοῦναι τῷ περιφερεῖ σχήματι τὸ θερμόν[4]).

§. 71. Jam in annott. criticis ad hunc l. retulimus sententiam, quam *Plut.* tradidit de opinione Democriti, sensum post mortem non plane cedere. Contraria edicit *Cic.*[5]): „Num igitur aliquis dolor aut omnino post mortem sensus in corpore est? Nemo id quidem dicit; etsi Democritum insimulat Epicurus; Democritii negant." Sed quum Cicero disputantes et certantes inducat, iis non

---

[1]) Anim. III, 3 T. 160. [2]) Caus. pl. VI, 1 §. 6. [3]) Sens. 4.
[4]) Gen. et corr. I, 8 T. 65. [5]) Tusc. I, 34 §. 82.

multum dandum esse fidei, credo, quod dilucidissime elucet e Veleji oratione in primo de nat. Deorum libro. Tum jam supra vidimus, Parmenidem quoque hanc opinionem habuisse. Omnia demum Th. verba νέκρου affirmare mihi videntur.

§. 72. Haec §. contra §. 58 loco paene inepto disputat. Caeterum jam supra loca Aristotelis, quae idem tradunt, attulimus ac longum est, hic ea repetere.

§. 73. De coloribus *Arist.* quoque summum nuntiat hisce: *τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, τὸ μὲν τραχύ φησιν εἶναι, τὸ δὲ λεῖον.* Ita jure addit: *πάντα αἰσθητὰ ἁπτὰ ποιεῖ*[1]). *Stob.* postquam illud, quod ad omne sensile pertinet, exposuit de colore quoque, *φύσιν μηδὲν εἶναι χρῶμα,* adjecit: *τούτων δὲ τῶν πρὸς τὴν φαντασίαν χρωμάτων τέτταρες αἱ διαφοραί, λευκοῦ, μέλανος, ἐρυθροῦ, ὠχροῦ*[2]), ubi loco *ὠχροῦ* scribendum puto *χλωροῦ,* quod Th. habet (§. 75,) eo magis, quod *Stob.* eosdem enumeravit ab Empedocle constitutos, ut error inde profectus sit, v. supra cap. X.

§. 74. *ἦν γίνεσθαι κτλ.*] Jam supra (§. 63) dictum est, phantasiam gigni e sensus, qui mutatur, passionibus. Ex quibus sequuntur, quae hic demonstrantur, phantasiam visilium variam nasci secundum perceptum aërem, i. e. secundum aëris effictionem, quam effluvium rei perfecit. Ita *ἀλλοίαν* ad *ἦν* referendum est.

§. 75. Ex illis, quae de colore rubro dicuntur, iterum experimur, Theophrasti excerptorem multa transiisse. Itaque non comperimus, qualis figurae colorem rubrum Dem. existimaret, quum calidi formam antea non descripsisset. Illa enim, quae legimus, *θερμὸν γὰρ τὸ λεπτόν,* omnia de calido et rubro non continere, affirmat §. 82, ubi viridis explicationi soli objicitur, inaccuratam eam esse, cf. annot. ad §. 68.

---

[1]) Sens. c. 4. [2]) L. supra l.

Cap. XII.

Doctrina Platonis ad §. 83 — 91.

Commentarium ad *Platonis*, quae refert Theophr. breviter, dicta incepturus, animadverto, me praeter illa, quae jam in annott. criticis citavi, paullo accuratius ejus verba appositurum atque, ut in prima hujus opusculi dissertatione contrario modo egi, *Aristotelis* sententias compositurum esse, ut et nexus et transitus inter utriusque disciplinam facilius perspici possit.

§. 83. *θερμὸν δὲ εἶναι κτλ.*] Convenit cum his Tim. p. 370: *τὴν δὲ λεπτότητα τῶν γωνιῶν, καὶ πλευρῶν ὀξύτητα, τῶν τε μορίων σμικρότητα, καὶ τῆς φορᾶς τάχος (οἷς πᾶσι σφοδρὸν ὂν καὶ τομὸν, ὀξέως τὸ προστυχὸν ἀεὶ τέμνει) λογιςέον κτλ.* (v. n. crit. ad l.) Quibus plane contraria edicit *Arist.* gen. et corr. II, 2 T. 8: *θερμὸν γάρ ἐςι τὸ συγκρῖνον τὰ ὁμογενῆ· τὸ γὰρ διακρίνειν, ὥσπερ φασὶ ποιεῖν τὸ πῦρ,* (contra Platonem dictum,) *συγκρίνειν ἐςὶ τὰ ὁμόφυλα· συμβαίνει γὰρ ἐξαιρεῖν τὰ ἀλλότρια.*

ψυχρὸν δὲ κτλ.] Accuratius *Plato* l. c.: *τὰ γὰρ δὴ τῶν περὶ τὸ σῶμα ὑγρῶν μεγαλομερέςερα, εἰσιόντα, τὰ σμικρότερα ἐξωθοῦντα, εἰς τὰς ἐκείνων οὐ δυνάμενα ἕδρας ἐνδῦναι, ξυνωθοῦντα ἡμῶν τὸ νοτερὸν, ἐξ ἀνωμάλου κεκινημένου τε ἀκίνητον δι᾽ ὁμαλότητα καὶ τὴν ξύνωσιν ἀπεργαζόμενα, πήγνυσι,* ubi mirandum, quod Plato de corpore humano tantum, ut in his omnibus, (cf. supra p. 73) egit. *Arist.* contra ad calidi explicationem conformata l. c.: *ψυχρὸν δὲ τὸ συνάγον καὶ συγκρῖνον ὁμοίως τά τε συγγενῆ καὶ τὰ μὴ ὁμόφυλα.*

τῇ γὰρ μάχῃ κτλ.] Verba *Platonis* l. c. qui pro *πάθει* tantum *σεισμῷ* habet.

σκληρὸν δὲ κτλ.] Praeter haec, quae *Platonis* verba sunt, hic addit p. 371: *τὸ δὲ ἐκ τετραγώνων ὂν βάσεων, ἅτε βεβηκὸς σφόδρα, ἀντιτυπώτατον εἶδος, ὅ, τι τε ἂν*

εἰς πυκνότητα ξυνιὸν πλείςην, ἀντίτονον ᾗ μάλιςα. Arist. autem l. c. T. 13: *μαλακὸν γὰρ τὸ ὑπεῖκον εἰς ἑαυτὸ, καὶ μὴ μεθιςάμενον, ὅπερ ποιεῖ τὸ ὑγρόν· διὸ καὶ οὐκ ἔςι τὸ ὑγρὸν μαλακὸν, αλλὰ τὸ μαλακὸν τοῦ ὑγροῦ· τὸ δὲ σκληρὸν, τοῦ ξηροῦ· σκληρὸν γὰρ τὸ πεπηγός· τὸ δὲ πεπηγὸς ξηρόν* cf. T. 14 et 15. Fere eadem verba opponit Platoni Th. §. 87, ubi *εἰς τὸ βάθος ἄνευ μεταςάσεως* explicat *εἰς ἑαυτό.* — De gravi et levi v. infra ad §. 88. — *τραχὺ κτλ.*] *Plato* ita loquitur p. 374: *λείου δ' αὖ καὶ τραχέος παθήματος αἰτίαν πᾶς που κατιδὼν, καὶ ἑτέρῳ δυνατὸς ἂν εἴη λέγειν.* Attamen addit: *σκληρότης γὰρ ἀνωμαλότητι μιχθεῖσα, τὸ δ' ὁμαλότης πυκνότητι παρέχεται. Arist.* autem de his, quamquam prius eorum mentionem fecit (T. 8), nihil disputavit, sed exposuit *τὸ γλίσχρον* et *τὸ κραῦρον.* Plato igitur et ad convenientiam particularum, qua sibi appositae sint, et ad earum densitatem respicit.

§. 84. Quum de voluptate et dolore *Plato* paullo accuratius agat, sententias in angustum hic deducam. Voluptas et dolor excitantur illis, quibus sensus gignuntur [1]). Differunt vero partes, quae aut tam facile moventur, ut, si quid incidat, motum cum partibus proximis communicent, donec ad prudentiae sedem perveniatur, ubi passionis natura noscitur: aut quae immobiles et firmae proximas non movent, sed solae patiuntur, ut passio non sentiatur (capilli, ossa) [2]). Quae igitur passio in nos abunde, violenter et contra naturam affertur, dolorem, quae abunde ad naturam nostram revertitur, voluptatem, quae cum facilitate quadem plane injicitur, sensum quidem, sed nec voluptatem nec dolorem ciet, ita quoque id, cui homo affectione quotidiana consuescit [3]). —

ἐν μὲν τοῖς περὶ ὕδατος.] Non rarum est, ita libri cujusdam loca quaedam, quamvis saepe admodum parva, designare. Th. enim putat illa, quibus Plato de humo-

---

1) Tim. p. 374. 2) Ib. p. 375. 3) Ib. p. 376.

rum generibus disputavit [1]). Eodem modo v. c. *Arist.* ait: ἐν τοῖς περὶ μίξεως [2]), intelligens cap. X l. I de gen. et corr. — Definit Plato χυμόν: aquae genus totum, e terra per plantas percolatum; caeterisque, quae nomine carent, praetermissis, haec genera quatuor accuratius exponit ignea (ἔμπυρα) et perspicua: οἶνος, quod animam simul cum corpore calefacit; ἐλαιηρὸν εἶδος, cujus species sunt: πίττα pix, κίκι gummi, ἔλαιον oleum et aliae, quae leves et splendidae visum discernunt ac pingues nobis apparent; μέλι, quod oris angustos meatus perfundit et dulcedinem affert; ὀπός, quod carnem dissolvit, et urit, spumeumque est. *Arist.* tales definitiones non componit, sed multa praebet, quae ad hanc rem pertinent, Meteorol. IV c. 8 et 9. Probl. sect. 3 et al. l. — τὸν γεώδη χυμόν] *Arist.* et *Th.* opinantur, saporem sine humiditate nullum excitare sensum [3]). Quibus contraria *Plato* contendisset, nisi Th. hic paullo audactius censuisset, quum ille sapores acerbos quidem terrenos, dulces autem humidos agnosceret [4]). — Quae hic *Platonis* dicta *Th.* refert, nimium in angustum deducta sunt, quod melius factum est caus. pl. VI, 1 §. 4 sq., quocirca ad nostrum locum nihil amplius addo. *Plato* ipse ea exponit Tim. p. 378 sq.

§. 85. De odoribus *Plato* loquitur Tim. p. 380 sq. οὐκ ἔχειν] addit *Plato:* τὸ γὰρ τῶν ὀσμῶν πᾶν, ἡμιγενές. διαφέρειν] addit Plato, molestum esse, qui omnes partes inter verticem et umbilicum violet, jucundum, qui eas mulceat et naturalem habitum servet. παχύτερον] quamobrem *Plato* contendit, nasi venulas ad terrae aquaeque genera angustiores esse, (tenuiores enim tales odores esse,) ad ignis aërisque genera latiores. — βραδεῖαν] addit *Plato* p. 381: τὴν δὲ μίαν, ὁμάλην τε καὶ λείαν· τὴν

---

[1]) Ib. p. 365 sq. [2]) Sens. c. 3 p. 1435. [3]) Anim. II, 10 T. 102.
[4]) Tim. p. 379: ὁπόταν ἡ τῶν εἰσιόντων σύστασις ἐν ὑγροῖς κτλ.

δ' ἐναντίαν, τραχεῖαν. μεγάλην δὲ τὴν πολλήν· ὅση δ' ἐναντία, σμικράν. — συμφωνεῖν.] Accuratius de his disputat *Plato* p. 409. cf. Add. XIII p. 58.

§. 86. τῇ ὄψει.] Distinguit hic *Plato* (p. 382) inter illa, quae feruntur a caeteris rebus ad visum, majora, minora et aequalia visus partibus. Namque aequalia sensum nullum ciere et perspicua nominari, majora et minora partim contrahere, partim discernere. Contraria fere profert *Arist.* de quo v. infra. — Praeter colores a *Th.* commemoratos, aliorum quoque mixturas enumerat *Plato* p. 383 sq.: radio igneo cum oculi humore mixto, ἐρυθρόν rubrum; splendido et albo cum rubro mixtis, ξανθόν flavum; rubro cum nigro et albo mixto, ἁλουργόν purpureum (eodem modo Democr. v. supra) etc. Quorum quidem mixtionis mensuram nemo dicere poterit, quum nullam rationem (ob quam ita fiant), afferre possit. Si quis vero haec opere persequetur, cognoscet, Deum ex multis unum, et ex uno multa facere posse, hominem autem haec attingere non posse. Quae enuntiata *Th.* non bene, sed confuse nobis tradit. Caeterum hunc Platonis de coloribus locum transtulit in linguam vernaculam et de eo disseruit *Goethe* l. l. p. 8 et 111.

§. 87. καὶ τὸ πῦρ μαλακά κτλ.] Idem *Plato* ipse docet p. 365 de aqua: — ὑγρὸν λέγεται, μαλακόν τε αὖ, τῷ τὰς βάσεις ἧττον ἑδραίας οὔσας ἢ τὰς γῆς, ὑπείκειν.

§. 88. *Th.* revertitur ad doctrinam *Platonis* de gravitate, quae quidem inter omnes veterum et *Platone* priorum et posteriorum sententias tantopere mihi videtur excellere, ut, locis collectis, hic accuratius eam lectori exhibere conaturus sim, eo magis, quod haec Theophrasti paragraphus plurima labe maculata sit. Nam inter *Platonis* antecessores fere nemo quidquam insignite probavit de gravitate, quam *Anaxagoras* lationibus sursum deorsumque factis (v. §. 59), *Democritus* pro rei magnitudine et particularum densitate (v. §. 61) definivit.

Nec non *Aristoteles*, cujus auctoritatem plane sequutus est *Theophrastus*, paullo ineptius contra Platonem de gravitate certat disputatque, quem, ut facilius inspicias, infra apponemus disputantem.

Platonis de gravitate doctrina.

Pars prima polemica: — Grave[1]) et leve commodissime exponuntur per illam naturae rationem, quae sursum deorsumque (ἄνω καὶ κάτω) nuncupatur: duos esse locos universi diversos, contrarios, unum deorsum, ad quem omnia, quae corporis massam habeant, ferantur, alterum sursum, ad quem omnia invite veniant. Quae falsa habenda sunt. Nam quum coelum universum rotundum sit: quae a medio aeque distantia extrema facta sunt, similiter sint extrema oportet, hisque medium ubicunque oppositum. Medius[2]) igitur locus nec sursum nec deorsum dici debet, sed medius ipse, et quae circumdant, nec media sunt, neque aliter differunt, quam quod medio opposita sunt. Itaque nemo bene factum judicabit, si aequali et simillimo diversa nomina attribuantur. Si quis enim circa solidum medium ambulet, saepe sibimet plantis stabit oppositis, eandemque illius partem mox sursum, mox deorsum nominabit. — Pars secunda dogmatica: Ante [3]) generationem nutrix generationis, humefacta et ignita et terrae aquaeque formas accipiens, et quaecunque has sequuntur passiones patiens, omniformis aspectu videtur. Quoniam vero nec similibus viribus neque ad pondus exaequatis referta erat, ab his illa, nulla ex parte aequilibris, sed inaequaliter undique declinans, agitatur, et agitata quatuor illa elementa agitat, quae ita permota in diversas raptantur regiones, dum dissimilia dispertiuntur, similia iterum confluunt. Itaque quatuor elementa antequam universum exornatum erat, diversas sedes tenebant, sine ratione quidem et sine modo. — Simile [4])

---

1) Tim. p. 371. 2) Ib. p. 372. 3) Ib. p. 350. 4) Ib. p. 359

idemque genus quodque nec mutari nec pati potest a simili. Si autem minus aliquod in generis diversum quoddam venit, cum potentiore luctatur, atque [1]) aut ad simile evadit, aut victum assimilatur et cum victore permanet. Ac per has passiones omnia sedes commutant, quamquam copia cujuscunque generis loco proprio distat propter sedis ipsius motum. Dissimilia vero ad illorum, quibus assimilantur, loca concussione feruntur. Universae [2]) enim naturae circuitus, quum rotundus (materiae) genera complexus sit, et secum ipso congredi studeat, omnia constringit, nec locum vacuum ullum patitur. Hic [3]) vero coactionis congressus (ἡ τῆς πιλήσεως ξύνοδος) parva in magnorum corporum vacua contrudit. Itaque parvis ad magna positis, minoribus majora discernentibus, et majoribus minora coërcentibus, omnia sursum et deorsum ad loca eorum propria feruntur. — Si [4]) quis in ea mundi regione, quam maxime coacervata ignis natura sortita est, et ad quam haec omnis fertur, insideat, et vim nactus sit, qua ignis partes arripiat libretque aut deorsum in aërem (igni) dissimilem detorqueat, manifestum est, minores ignis partes facilius majoribus coactum iri: ubi enim duo simul uno robore suspenduntur, minus quidem magis, plus autem minus inferenti vim cedit. Et unum quidem grave deorsumque ferri dicitur, alterum parvum leve et sursum. Ita quoque terrae innixi saepe terram in aërem (terrae) dissimilem per vim ac contra naturam jacimus, quum quidem uterque cognata inhibeat (s. eorum particeps sit). Portio autem minor facilius majori, in dissimile cogentibus prius cedit, eamque levem nominavimus, et locum, ad quem compellimus, sursum: contrariam his affectionem grave quoddam et deorsum. Haec autem invicem differre necesse est, quia

[1]) Ib. p. 360. [2]) Ib. p. 361. [3]) Ib. p. 362. [4]) Ib. p. 372 sq.

quia [1]) generum multitudines locum caeteris contrarium obtinent, ut quod in uno loco leve sit, levi in contrario loco, grave gravi, deorsum ei, quod deorsum dicatur, et sursum ei, quod sursum dicatur, oppositum sit. De omnibus vero hoc unum reputandum est, quod via sola ad cognatum (ξυγγενές) singula, quae feruntur, gravia et locum, ad quem feruntur, deorsum, et quae aliter se habent, aliter reddit. — Stellas [2]) [animalia divina ex igne conformata] rotundas circum omne coelum distribuit Deus, et unicuique duo motus genera dedit: alterum, quo in eodem semper et similiter volvantur (circa se?) [cum de iisdem semper secum ipsis eadem cogitent], alterum, quo in anteriorem partem ab ejusdem et similis vertigine ducantur, quamobrem [3]) in eodem semper circuitu perseverant. — Lucifer [4]) et Mercurius eundem velocitate circulum quem sol currunt, sed potentiam soli contrariam acceperant (δύναμιν ἐναντίαν: nonne hîc δύναμις Tendenz?) quocirca sol, Lucifer et Mercurius apprehendunt se invicem et a se invicem apprehenduntur (καταλαμβάνουσί τε καὶ καταλαμβάνονται καὶ κατὰ ταὐτὰ ὑπ' ἀλλήλων.)

Ex his, quae *Plato* de gravitate pronuntiavit, jure concludere mihi videor: doctrina recentior de gravitate, quam Newtonus eruit, magna ex parte jam a Platone expedita est. Nimirum: 1) simile propter naturam internam ad simile semper tendit; 2) rerum gravitas pendet a ratione homogeneorum majore minoreve; 3) quoad licebat, haec principia ad universum transtulit. — Jam vero videamus, qua re factum sit, ut haec Platonis doctrina nulla ex parte excoleretur, sed plane negligeretur.

---

[1]) Ib. p. 374.
[2]) Ib. p. 322.
[3]) Ib. p. 323.
[4]) Ib. p. 319.

Aristotelis doctrina de gravitate.

Pars prima polemica: — Absurdum est arbitrari nihil esse in coelo, quod sursum et deorsum sit[1]). Quoniam enim est coeli extremum et medium, universi extremum nominamus sursum, medium deorsum[2]). Quum vero dupliciter de gravitate dicatur, aut simpliciter (ἁπλῶς) quid sit grave et leve, aut in aliorum corporum ratione, (πρὸς ἕτερον) quid sit gravius et quid levius: ab omnibus prioribus (i. e. Aristotele prioribus) numquam simpliciter de his dictum est[3]), sed tantum, quid sit inter duo corpora, quibus gravitas est, levius[4]). In Timaeo[5]) autem scriptum est, gravius esse, quod ex pluribus particulis ejusdem generis constet, levius, quod ex paucioribus: in excessu enim particularum aequalium (ὁμοειδῶν, ἴσων μορίων) unumquodque gravius exsistere. Ita plumbum non solum plumbo minore, sed etiam ligno gravius esse, quum omnia ex una materia constent, quamvis ita non videantur. Sed hoc quoque modo non simpliciter dictum est. Ignis[6]) enim semper levis est et sursum fertur, terra contra et terrena omnia deorsum et ad medium. Si autem propter paucitatem triangulorum, ex quibus constat, accideret, ut ignis sursum ferretur: majorem ignis portionem minus ferri et graviorem esse ex pluribus triangulis oporteret. Attamen plane contrarium videtur: quanto enim ignis major, eo levior est et celerius sursum fertur, deorsum tardius. Ad[7]) haec pro ea opinione copia aëris quaedam congruere potest, quae, quum ignis, aër et aqua paucitate multitudineve triangulorum differre dicantur, gravior est quam aqua. Quibus contraria accidunt: nam semper major aër sursum fertur magis, et omnino aëris

---

[1]) De coel. IV, 1 T. 4 Dicit hic Arist.: καθάπερ τινὲς ἀξιοῦσιν, sed putat Platonem, cujus verba usurpat. Non raro ita actum est ab Arist.

[2]) Ib. et T. 5. [3]) Ib. T. 3. [4]) Ib. c. 2 T. 7.

[5]) Ib. T. 8. [6]) Ib. T. 9. [7]) Ib. T. 10.

pars quaeque ex aqua [1]). — **Pars secunda dogmatica:** — Corporum [2]) altera semper a **medio** (universi) feruntur, altera semper ad **medium.** Simpliciter [3]) igitur leve est, quod sursum fertur et ad (universi) extremum, grave, quod deorsum et ad medium. Grave [4]) igitur est, quod omnibus substat (*τὸ πᾶσιν ὑφιςάμενον*), leve, quod omnibus supereminet (*τὸ πᾶσιν ἐπιπολάζον*); ut ignis semper levis, terra gravis est. In [5]) aëre autem et aqua utrumque inest, ut terrae quidem supereemineant, quippe leviores, igni autem substent, quippe graviores: aër tamen aquae supereminet, aqua aëri substat. Quoniam [6]) vero omnia gravitatem habent praeter ignem: terra eam possidet ubique, aqua ubique, praeterquam in terra, aër ubique praeterquam in aqua, ita ut plumbum in aqua levius sit quam in aëre, et quod [7]) plus aëris habeat, in aqua supereemineat, non ita in aëre. Dici [8]) igitur potest aliquid simpliciter leve, aliquid simpliciter grave. Forma [9]) autem nequaquam caussa est, ob quam simpliciter feratur aliquid sursum deorsumque, sed velocius aut tardius. Quaeritur enim hic, quamobrem ferra et plumba lata super aquam natent, alia autem minora quidem et minus gravia sed rotunda deorsum ferantur. Sed quia [3]) corpora alia facilius dividuntur, alia difficilius, facile autem divisibile est, quod bene determinabile (*εὐόριςον*) existit, et aër [3]) facilius quam aqua, aqua facilius quam terra, omnia autem eo facilius dividuntur, quo minora sunt: idcirco quae latitudinem habent, super manent, quamquam multum comprehendunt, quia non facile distrahitur quod majus est; quae autem contrario modo se habent, quamquam paucum materiae continent, deorsum feruntur, quia facile distrahuntur. —

---

[1]) Haec Aristotelis pars polemica major est, quam hic in angustum deducta, sed nihil insigniter dictum continet.

[2]) Ib. I T. 3. [3]) Ib. T. 6. [4]) Ib. c. IV T. 26. cf. coel. I, 3 T. 17. [5]) Ib. T. 27. [6]) Ib. T. 29. [7]) Ib. T. 30. [8]) Ib. T. 31 cf. c. V. [9]) Ib. c. IV T. 42. [10]) Ib. T. 44. [11]) Ib. T. 45.

Platonis igitur et *Aristotelis* doctrina de gravitate enarrata, indulgeatur mihi, ut breviter eorum differentiam exponam. — Primum quidem observandum est, Aristotelem Platonis doctrinam non recte percepisse. Nam quae ille huic opponit, ignem semper sursum ferri, eoque magis, quo major sit ignis portio: haec nihil valent contra Platonem. Bene enim tibi in mentem revoces, Platonem designasse unicuique elemento locum diversum, et igni quidem superiorem, ita ut ignis eo magis ad superiorem locum attrahatur, quo ipse major sit, quod cum Aristotelis opinione congruit. Itaque Aristoteles cum Platone de verbis tantum *ἄνω καὶ κάτω* certare videtur, quia Plato contendit, igni *κάτω* esse, quod terrae *ἄνω* sit, Arist. autem *τῷ κάτω* et *ἄνω* loca certa designari voluit. Attamen magnum ex hoc discrimen profectum est inter utriusque opiniones. Arist. enim gravitatem nequaquam cum materia per se conjunxit, sed tantum cum locis *ἄνω* et *κάτω*, ita ut contenderet: *οὐ γάρ, ἐάν τις μεταθῇ τὴν γῆν, οὗ νῦν ἡ σελήνη, οἰσθήσεται τῶν μορίων ἕκαϛον πρὸς αὐτὴν, ἀλλ' ὅπουπερ καὶ νῦν*[1])! Si quis igitur terram in lunae loco posuit, terrena non ad terram feruntur, sed semper quoque ad locum, ad quem nunc feruntur, i. e. ad medium universi, quem terra nunc tenet! Ob eandem caussam gravitatem et levitatem facultates constituit diversas, et utramque existentem. *Plato* autem cum notione materiae notionem gravitatis plane conjunxit, et dixit: *τὸ ὅμοιον φέρεται πρὸς τὸ ὅμοιον*[2]). Facile etiam ex his intelligis, Platonis principium et universo et singulis satisfacere potuisse, Aristotelem autem ipsum

---

[1]) Ib. c. III T. 22.

[2]) Ibid. Haec sententia nequaquam nova erat. Nam supra jam et in Th. libro et in nostris commentariis saepius nobis occurrit. Sed Plato primus erat, qui ea usus est ad explicandam gravitatem. Democritus et Empedocles eandem sententiam contenderunt, ejus autem momentum in illustranda gravitate ignorarunt.

concedere debuisse: τὸ δὴ κύκλῳ σῶμα φερόμενον (ut sol), ἀδύνατον ἔχειν βάρος ἢ κουφότητα [1]). Quum igitur Aristoteles Platonis principia everteret, antiquitas nondum eo pervenit, ut haec amplius excoleret. —

Theophrastus magistrum suum plane sequutus est, ut fere ne unum quidem verbum in hac §. 88 ab Aristotele l. l. non sit depromtum, quocirca plura mutavimus, hic vero nihil addimus. — Ad ultima verba paragraphi 89 observes, Theophrasti ipsius methodum narrari. — Ad §. 90 animadvertendum est, Aristotelem quoque, quamquam Platonem non nominat, tamen contra illa: οὐκ ἔςι εἴδη τῶν ὀσμῶν certasse [2]).

---

[1]) Ib. I, 3 T. 18. [2]) Sens. c. 5. p. 1440.

Aristotelis

doctrina de sensibus [1]).

§. 1. **De visus instrumentis.** *a*) Supercilia, *ὀφρύες*, sub fronte gemina, in compage ossium posita, delabentes a fronte humores arcent, ut suggrundium (*γείσσωμα*) [2]). *b*) Palpebrae, *βλέφαρα*, superiores et inferiores, geminae, cutes nulla carne praeditae, (quocirca, vulnere obducto, pariter ac praeputium non coalescunt), instinctu (*φύσει*) moventur, et operimenti gratia habentur, ut oculos humidos tueantur. Communis superioris et inferioris palpebrae pars anguli sunt, *κανθοί*, duo ad nasum (canthus internus), duo ad tempora (c. externus) [3]). Ad palpebras extremi appositi sunt pili, *c*) Cilia, *βλεφαρίδες*, quae adversus incidentia in oculos valli instar prominent, atque innituntur venularum (art. palpebrales) clausulis summis (glandulae Meibomianae?) Nata igitur sunt e vapore, qui inde prodit [4]). *d*) Oculi, *ὀφθαλμοί*, sub superciliis, duo. Internum oculi humor est (humor vitreus); cernimus per pupillam, *κόρη*, cui tenuis cutis obtenditur [5]). Pupillam circumdat Nigrum, *τὸ μέλαν* (iris), quod et ipsum circumdatur Candido, *τὸ λευκόν* (sclero-

---

[1]) Lege: de sensibus, non: de sensilibus, de quibus nihil attuli, nisi necessaria, quae ad sensum ipsum pertinent. De visibilibus et coloribus accuratiora in linguam vernaculam translata invenis apud *Goethe* p. 10. et totum Theophrasti libellum de coloribus p. 23, de quibus differit p. 112.

[2]) H. an. I, 9 (sec. ed. vulg.) p. an. II, 15.

[3]) H. an. l. c. p. an. II, 13. [4]) V. an. [2]).

[5]) P. an. II, 13. anim. II, 8 T. 83.

tica). Color albuginis omnibus idem est, Nigri modo niger, *μελανόφθαλμοι*, qui multum humoris habent, ideoque satis non possunt transspici, modo caesius, *γλαυκός*, iis, qui paucum humoris habent, facileque transspici possunt, modo fulvus, *χαροπός*, modo caprinus, *αἰγωπός*. Itaque caesii nocte, die nigri acutius cernunt, et caesiis *γλαύκωμα*, siccitas oculorum [quae praesertim senescentibus evenit], nigris *νυκτάλωπηξ* lusciositas ob humoris abundantiam accidit. Caeterum nonnulli oculorum magni, alii parvi, caeteri medii, optimi; nonnulli nimium prominentes, alii conditi, qui optime cernunt, caeteri modice siti; nonnulli nimium connivent, *σκαρδαμυπτικοί*, alii rigidi, *ἀτενεῖς*, caeteri modice nutant. A cerebro, quod plurimum continet humoris, humor purissimus secernitur atque ad oculos ducitur per meatus quosdam, qui ad venas circa cerebrum sparsas tendunt [plura de his v. supra c. V §. 2. p. 15]. Quamobrem visus juxta cerebrum positus est, oculique principio generationis maximi visuntur, quoniam tum cerebrum humidissimum se habet. Attamen omnium partium ultimi generatione perficiuntur, qui, inter sensoria soli, corpus singulum habent. Puerorum oculi statim a partu caesii sunt, postea commutantur [1]).

§. 2. D e a u d i t u s i n s t r u m e n t i s. A u r i s, *οὖς*, pars altera *τὸ ἀνώνυμον* (auricula externa), altera lobulus *λοβός*, interna conchae similis [*οἷον στρόμβοι*]; ultimum tenet locum os auri simile, in quod quasi vas ultimum, irruit sonus. Auris ipsa tota e cartilagine carneque constituta et tenuissima cute vestita [2]) est, quam immobilem homo solus habet. Caeterum aut laevis, aut pilosa, aut inter has media, et quidem ita aptissima est ad auditum; aliae aures majores, aliae minores, aliae mediocres; aut nimium aut parvum aut mediocriter arrectae; in eodemque

---

[1]) H. an. I 9. 10. 11. p. an. II, 10. 13. gen. an. II, 6. V 1.

[2]) Probl. XXXII, 12.

sitae sunt, in quo oculi, orbe capitis, cujus medium tenent, quoniam non per directum solum auditur. Quod intus vacuum, *τὸ κενόν*, nominatur, aëris plenum est. Membrana adest per quam audimus, quaeque extenditur, si plus spiritus intrat; [*ὕμην*, *μήνιγξ* (membrana tympani) de qua Arist. uno tantum loco non clare et fortuito loquutum video, nimirum Probl. XXXII, 13, quaestionem solventem, cur nemo oscitans aurem inscalpere audeat?] Ex auribus tendit meatus ad palatum (tuba Eustachii), et ad occiput, [quod vacuum est,] (nervus acusticus, qui ad pontem Varolii exoritur, an vena auricularis posterior, quae art. occipitalem anastomosi attingit?) nullus ad cerebrum, ad quod autem vena vergit (vena auditiva interna ex basilari orta) [1]). Auditus ejusque meatus terminatur ad arteriam (asperam) et pulmonem [2]). [Eodem modo dicitur gen. an. V, 2: finis sensorii audiendi terminatur ad partem spiritalem, *ἐπὶ τῷ πνευματικῷ μορίῳ* (pulmonem puta et art. asp. Dicere hoc potuit Stagirites, quum tub. Eustach. cognosceret); et quum hac re ad solvendam quaestionem, cur oscitantes minus audiant [3])? utatur, idem facit in quaestione hac repetita Probl. XI, 29 et 44. Quid autem gen. an. l. l. paullo ante: *ὁ μὲν οὖν τῆς ἀκοῆς* (sc. *πόρος*), *ἐπεὶ ἐςὶ τὸ αἰσθητήριον ἀέρος, ᾗ τὸ πνεῦμα τὸ σύμφυτον ποιεῖται ἐνίοις μὲν τὴν σφύξιν, τοῖς δὲ τὴν ἀναπνοὴν καὶ εἰςπνοήν, ταύτῃ περαίνει*? Ne una quidem harum vocum corruptorem non olet! *ἐπεὶ ἐς. τ. αἰσ. ἀέρ.* quidem desumta e libro II de p. an. c. 10 — *πνεῦμα σύμφυτον π. τ. σφ.* — v. supra p. 25 — *τὴν ἀναπν.* — v. supra c. IX §. 2. — cf. quae supra disputavi c. IX §. 3 de libro *π. πν.*]

§. 3 et 4. D e instrumentis olfactus et gustus v. supra c. IX §. 1 a. et c. VIII §. 1 A. c.

---

1) H. an. I, 11, 15. p. an. II, 10. 2) Probl. XXXII, 6.

3) Postea saepius haec quaestio soluta est, ut ab *Alexandro Aphr.* et *Cassio Iatrosophista* Probl. 20.

§. 5. De instrumentis tactus. Quid tactus sensorium sit, quamquam nonnumquam dubitavit, tamen carnem esse constituit [1]), carnem, quae inter cutem et os, undique, non ut nervi et venae in longum solum, secari potest, et nascentibus in venulas ac fibras, largius nutritis in pinguedinem abit [2]). Caro enim circa ossa consistit, vinculis tenuibus et fibrosis adhaerens. Animal igitur e carnibus formatum est, quibus subsunt ossa ad flectendum et conservandum [3]). Caro igitur, si tangitur, sensum movet [4]). [Ad dubitationes conferri potest, si dicit: „pars, in qua fiat tactus, omnium animalium sensus communis, nomine caret [5])", quamquam paullo post addit: „tactus parti e particulis similaribus constanti insitus, cujusmodi caro est [6])." Item si quaerit: „quum quidem caro aliqua alia parte, ut membrana, circumdatur, tamen sentitur [7])." Non dubitat, ubi eos, [nimirum *Platonem* [8])] vituperat, qui, caput carne circumdatum omni sensu privatum fore, putant [9]) sed v. p. 237.]

§. 6. De sensoriis in totum. Sensuum principium est cor, ad quod ab omni sensorio meatus tendunt [10]). Duo igitur sensus aperte a corde pendent, tactus et gustus. Olfactus autem medium tenet locum, visus in capite positus est propter cerebri humorem, auditus propter occipitis vacuitatem. Praeterea horum sensoria ita

---

1) P. an. II, 3 fin. 5. 8.

2) H. an. III, 16. p an. II, 8. ad quem locum v. *Mich. Ephes.*

3) P. an. II, 9. p. 1131. 4) P. an. II, 3. 5) H. an. I, 3.

6) Ib. 4. 7) Anim. II, 11,

8) *Plato* Tim. p. 399, qui de carne omnino haec docuit: caro ex aqua, igne et terra, acuto salsoque fermento addito, conformata est, ut tegmen foret adversus frigus et calorem externum, molliter corporibus cedens. Idcirco autem multum carnis et acutus sensus simul esse non potest, ita ut, si caput tale habuisset corpus, genus humanum robustius, sed deterius sese habuisset. Tim. p. 396 sq.

9) P. an. II, 10 p. 1133.

10) Gen. an. V, 2. Ex his facile intelligis, non esse ficta, quae supra (p. 21) diximus „Saepe homines etc."

collocata sunt, quia sanguinis calidioris motus sensuum officia prohibet, ad caput vero sanguis sincerior et purior ducitur [1]), qui simul tenuior et frigidior sentiendi vim et intelligendi pleniorem reddit ac meliorem [2]). Quamquam enim sanguis ipse nihil sentit, nec sevum, nec adeps, ex illo orta [3]), tamen parti exsangui nulli data est sentiendi facultas [4]), quae ideo cerebro denegatur [5]). Caeterum sensoria in anteriore posita sunt corporis parte, quoniam cor, e quo sensus exit, in priore consistit. Gemina demum sunt, quia corpus pro dextra et sinistra parte geminum se habet, ita aures, oculi, nares, lingua per fissuram divisa, quod tamen in tactu, cujus sensorium primum non caro, sed intimum aliquid est, indistincte proditur [6]). Sensoria e duobus tantum corporum simplicium, ex aëre et aqua, conformari possunt, ita ut puppillae aqua, auditui aër, olfactui uterque, ignis nulli aut omnibus communiter, terra nulli aut maxime mixta tactui adscripta sint [7]).

§. 7. De sensu. Animal definiendum est sensu. Omnia enim, quae ne moventur quidem neque locum mutant, sensum tamen habent, animalia nominantur [8]). Inter animae igitur facultates (*δυνάμεις*), quae haece sunt: *θρεπτική, αἰσθητική, ὀρεκτική, κινητική κατὰ τόπον, διανοητική*, sensus secundum tenet locum [9]). Sensus alteratio quaedam (*ἀλλοίωσις*) videtur esse, quia in eo existit, quod movetur et patitur [10]). Patitur autem dissimile a dissimili, ita tamen ut passum assimilatum sit [11]). Omne vero sensitivum non actu (*ἐνεργείᾳ*), sed potentia (*δυνάμει*) fit, quamobrem sensus sensum non sentit [12]). Itaque omnis sensus illud est, quod formas sine materia suscipit, et patitur ab eo, quod colorem, sonum aut

---

1) P. a. II, 10. 2) Ibid. II, 2. 3) Ibid. II, 5.
4) Ibid. II, 10. 5) Ibid, II, 7. 6) Ibid. II, 10.
7) Anim. III, 1 T. 130. 8) Ibid. II, 2 T. 16. 9) Ib. c. 3 T. 27.
10) Ib. c. 4 T. 37. c. 5 T. 51. 11) Ib. T. 54. 62, 12) Ib. T. 52.

odorem habet. Sensorium autem est illud, in quo hujusmodi potentia ac ratio, i. e. sensus adest. Si autem motus sensorio validior accidit, haec ratio dissolvitur, ac sensus interit [1]). Quum vero sensile illud sit, quod efficiat, ut sensorium patiatur: sensile pariter ac sensus differt, aut peculiaris aut communis. Peculiare enim sensile pertinet ad unum sensum, ut color, sonus; commune ad communem, ut motus, quies, numerus, figura, magnitudo [2]), quorum sensorium peculiare existere non potest [3]). Namque magnitudinem sentimus motu, eodem figuram, quae magnitudo quaedam est, quietem, quia non movetur, numerum tandem, continuo negato [4]). Sensorium igitur sensile suscipit sine materia, quocirca, sensilibus abeuntibus, sensus et phantasiae sensoriis ipsis insunt. Sensile demum et sensus idem est actus et unus. Omnis igitur sensus est sensilis subjecti, inestque in sensorio, ac differentias discernit sensilis subjecti, quod loco et tempore indivisibile [5]), tamen ab infinito separandum est, quia omne sensile locum quendam tenet [6]). Quoniam vero omnia corpora similaria ex aqua et terra consistunt et in plantis et animalibus et metallis, haec, si sensilia sunt, eo differunt, quid proprium in sensus efficiant, ut album et odorum et sonorum et dulce et calidum [7]). — Sensus quinque sunt: visus, *ὄψις*, auditus, *ἀκοή*, olfactus, *ὄσφρησις*, gustus, *γεῦσις*, tactus, *ἁφή*, quos omnes homo possidet [8]).

§. 8. De visu. Visibile est color. Color autem in luce tantum videtur. Lux est perspicuum (*τὸ διαφανές*). Perspicuum non per se videtur, sed propter externum colorem. Hujusmodi est aër, aqua et multa solida, non quia aër et aqua, sed quia eadem natura in iis et

---

1) Ibid. c. 12 T. 121—123. 2) Ibid. c. 6 T. 63. 64.
3) Ibid. III, 1 T. 132. 4) Ibid. T. 133. 5) Ibid. c. 2 T. 144. 147.
6) Phys. III, 5 T. 35. 48. sens. c. 7 ad fin.
7) Meteorol. IV, 8. 10. 8) H. an. IV, 8.

in perpetuo, quod sursum est, corpore (lucemne intelligit an aethera?) est. Lux igitur est perspicui actus, quo perspicuum se habet, quasi color perspicui. Lux tenebris, quae hujusmodi habitus a perspicuo privatio sunt, contraria videtur. Itaque colorem suscipit, quod sine colore est, nimirum perspicuum invisibile, ita ut color in luce, non sine luce cernatur. Si quis enim id, quod colorem habet, super visum ipsum ponat, non videbit; sed color movet perspicuum, ut aërem, a quo continuo sensorium movetur. Ignis autem et in tenebris et in luce videtur, quia ab eo perspicuum fit perspicuum [1]).

§. 9. De auditu. Uti visus non a colore movetur, sed a medio quodam, perspicuo, ita auditui quoque aër hoc officium praestat. Nam aër a sono, ab aëre auditus movetur. Ut enim sonus fiat, necesse est solida duo percuti ad se invicem et ad aërem, qui ipse percussus manet, non dissipatur. Sonativum igitur est, quod unum aërem continuum frangit et movet usque ad auditum. Itaque quia auditus aëri connaturalis est, externo moto, internus movetur. Si igitur aër, quamvis ipse insonus, prohibetur ne dissipetur, sonus hujus est motus, quem, verbis a tactu translatis, acutum aut gravem nominamus, quoniam acutus brevi tempore multum, gravis magno paucum sensus movet. (De voce v. supra p. 57 §. 4.) Caeterum praeterquam in aëre, in aqua, quamvis minus, auditur [2]).

§. 10. De olfactu et odore minus facile determinatur dictis, quia homo hunc sensum debiliorem possidet quam nonnulla animalia, nihilque sine jucundo molestove sentit. Itaque odorum generibus nomina tribuuntur a saporibus translata, ut dulcis, acer, austerus, acutus et pinguis. Caeterum olfactus quoque per medium quod-

---

[1]) Anim. c. 7. T. 66—71. 73. 74. Sens. c. 3.

[2]) Ibid. T. 75. 76. c. VIII T. 78. 79. 82. 83. 86.

dam fit, ut per aërem aut aquam. Homo enim respirans tantum odoratur, exspirans aut spiritum retinens nequaquam. Odor autem ipse sicci est, ut sapor humidi [1]). Quum autem duae exstent odorum species: altera secundum nutrimenta et sapores ordinata, quae jucunda molestave secundum accidens tantum est, altera, quae secundum se jucunda molestave est, ut florum, neque ad nutrimentum confert: homo secundam possidet speciem, quia haec propter frigus circa cerebrum ad sanitatem pertinet [2]).

§. 11. De gustu. Gustus tactus quidem est, hominique acutissimus, et gustabile tangibile quoddam, quamobrem nullo eget medio corpore. Corpori igitur, in quo sapor constat, gustabile inest in humido, tamquam materia. Itaque nullum sensum excitat sapor sine humiditate, sed actu aut potentia humiditatem habet. Quoniam autem gustabile humidum est, gustus sensorium non humidum esse oportet. Huic rei testimonium est, quod lingua nec sicca sentit nec nimis humida, et quod aegrotis omnia amara videntur, propterea quod eorum lingua hujusmodi humiditate plena est [3]).

§. 12. De tactu. Ut aër et aqua ad visum, auditum et olfactum, ita caro ad tactum se habet. Caro enim medium illud est, supra quod res posita tactum efficit. Numquam enim res supra sensorium ipsum, ut supra oculum, posita sensum profert, sed supra medium. Ex quibus manifestum est, intus tactus sensorium, carnem medium esse, quod sensilia discernat. Ita enim differt tangibile a caeteris, quia medium ipsum nos movet, tangile autem simul cum medio. Praeterea carnem non esse tactus sensorium proprium affirmat, quod, pellicula supra carnem extensa, tamen sentitur. Tactus autem et gustus non unus sensus est, quia non omnis caro sapores sen-

[1]) Ibid. c. IX T. 92. 95. 97. 98. 100. sens. c. 4 init.
[2]) Sens. c. 5. [3]) Ibid. T. 94. c. X T. 101—104.

tit [1]). Omnibus animalibus inest tactus, qui alimenti sensus est. Siccorum enim et humidorum, calidorum et frigidorum, quibus omnia aluntur, sensus tactus est. Idcirco, quum sensitivum sine nutrivo, hoc sine tactivo esse non possit, omnia non sine tactu, sed sine caeteris sensibus existere possunt [2]). Tangere autem est, extrema simul et juxta se esse. Quae igitur magnitudines determinatas et positionem possident, et extrema simul habent, sese invicem tangunt [3]).

---

1) Ibid. c. XI. T. 107. 109. 112. 115. 116. 118.

2) Ibid. l. II c. 2 T. 17. 27. 28. 31. cf. h. an. I, 3.

3) Phys. V, 3 T. 22. gen. et corr. I, 6 T. 44.

Theophrasti Eresii

Fragmenta libri secundi περὶ ψυχῆς sive quinti τῶν φυσικῶν excerpta et collecta e Prisciani Lydi Metaphrasi.

§. 1. Jam supra dictum est (p. 84), quartum *Theophrasti* operis: τὰ φυσικά et quintum librum περὶ ψυχῆς conscriptum fuisse. Quo autem toto opere per temporis tristem evertendi vim exstincto, illi quoque libri sine vestigio ullo interiissent, nisi *Priscianus Lydus* metaphrasin quinti, qui de sensu, phantasia et intellectu egit, reliquisset.

§. 2. Hujus metaphraseos codex primum in manus venit *Marsilii Ficini*, qui saeculi sui certaminibus inter Aristotelicos et Platonicos acerbissimis, ut in praefatione ad *Philippum Valorem* confitetur, indignatus, librosque exquirens, quibus et *Platonis* et *Aristotelis* sententias de anima non dissidere demonstretur, codice illo Graeco unico invento, mendoso ac mutilato, *Angeli Politiani* auxilio hanc metaphrasin emendavit et in linguam Latinam transtulit. Quae *Ficini* conversio, expositionibus brevibus aucta, apud *Aldum*, 1497, primum edita, inter opera ejus omnia [Ven. 1516 T. II p. 1801. Bas. 1564. Par. 1641 T. II p. 755 fol.] legitur. Postea vero graece semel prodiit, Theophrasti operum editioni adjecta, quae ex officina *Oporini* [Bas. 1541 fol. m. p. 273, v. fol. ultimum 291] exiit, editore *Gemusaeo*, ut praefationis titulus, ex recensione *J. Camerarii*, ut *Bibl. Heins.* [p. 201] et *Fabricius* [B. gr. T. III p. 444] nuntiant.

§. 3. Magna vero differentia inter commentarios exstat ad scriptorem quendam et Metaphrasin, quae ordine, quem tenet scriptor ipse, nequaquam conservato, scriptoris sententias in angustum ducit, describit, accuratius definit et adjungit, quae placent. Nec non *Lydus* haec prae se fert hisce [§. 8 p. 276, 24:] *ἐπεὶ οὐ τοῦτον νῦν ἡμῖν προκεῖται ἐπεξιέναι τῇ περὶ αὐτῶν* (sc. *τῶν αἰσθήσεων*) *διαρθρώσει, ἀλλὰ τὰ τοῦ Θεοφράϛου, εἴ τι τε ἐπιπλέον τῆς Ἀριϛοτέλους παραδόσεως προστίθησι συναιρεῖν· καὶ εἴ τι ἀπορῶν προτείνει, ἐπεξεργάζεσθαι κατὰ δύναμιν.* Ad quae tandem non pauca *Jamblichi* [v. ib. et §. 19 p. 277, 18. de phant. §. 2. p. 284, 45.] adjiciuntur, ita ut *Theophrasti*, *Aristotelis*, *Platonis*, *Jamblichi* et *Prisciani* sententias confuse permixtas legas. Quum igitur Prisciani scriptum nequaquam magni momenti mihi videretur, consilium cepi, sententias Theophrasti, quantum possim et liceat, educendi et colligendi. Attamen illa sententiarum confusione non parva objiciuntur impedimenta, quo minus Eresii opiniones purae et genuinae cognoscantur. Quamobrem cautissime exquisivi illas tantum, quas ipse verbis appositis Theophrasti esse nuntiat, quamquam hae etiam plerumque difficile a sequentibus Prisciani verbis distinguuntur, ubi, si Lydus sua non prodidit, a Theophrasti simplicitate et loquendi, quae verba multifaria nexu molesto torta non admisit, et cogitandi, quae omnia tamquam tranquille sublimiterque secundum rationem coacervavit, me ductum esse confiteor, nec tamen fortasse nonnumquam falsum esse denego. Legas igitur, quae inveni, hic et illic emendavi, Aristotelisque dictis illustravi.

§. 4. Quod Prisciani verba supra laudata produnt, Theophrastus in hoc de anima opere illum persequutus est ordinem, quo Aristoteles usus erat. Quum igitur Priscianus metaphraseos partem, quam adhuc habemus, incipiat: *περὶ αἰσθήσεως αὐτῷ ὁ ϛκοπὸς ἐφεξῆς*, indicare vide-

videtur, Theophr. ante haec secundum Arist. [l. II c. 1 — 3] de anima in universum, tum [Arist. c. 4] de anima nutriva loquutum, deinde ad orationem de sensu [A. c. 5 — l. III c. 2] aggressum, qua absoluta, de phantasia [Ar. c. 3] de intellectu [Ar. c. 4 — 8] et motu [c. 9 sq.] auditum esse. Omnia baec in libro quinto composita erant. [Prisc. ait in fine met. de sensu p. 284, 17: ἀλλὰ ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἴωμεν, ἐπ' ἄλλης ἡμῖν ἀρχῆς τὰ λοιπὰ τοῦ πέμπτου βιβλίου ἐπεξεργαζόμενοι.] Itaque verisimiliter liber primus de anima s. l. quintus τῶν φυσικῶν, ut Arist. l. I, priorum disciplinarum sententias de anima exposuit.

Fragmenta de sensu.

Fr. I. In omnibus his fragmentis bene reputandum est, Priscianum nihil afferre, nisi, quae Theophr. praeter Aristotelica edixerat. Arist. autem, ut supra (p. 234) demonstravimus, contendit, sensum fieri, dum sensoria sensilibus assimilentur. (p. 273, 3) [ζήτει ὁ Θ. τίς ἡ ὁμοίωσις;] (5) [λέγει μὲν οὖν καὶ αὐτός,] κατὰ τὰ εἴδη καὶ τοὺς λόγους ἄνευ τῆς ὕλης γίνεσθαι τὴν ἐξομοίωσιν. (p. 274, 20) [Ὅταν οὖν καὶ ὁ Θ.] τὴν ὁμοίωσιν [βούληται] γίνεσθαι κατὰ τὰ εἴδη καὶ τοὺς λόγους ἄνευ τῆς ὕλης — Haec sententia optime illustratur dictis *Arist.* hisce: „patiens et faciens aliquo modo eadem, aliquo altera et dissimilia sunt: eadem pro genere τῷ γένει, dissimilia vero specie τῷ εἴδει." „Necesse est patiens in faciens transmutetur," „quia faciens sibi assimilat patiens." gen. et corr. I, 7 T. 51, cf. sequentia.

Fr. II. (p. 274, 74.) [πῶς οὖν ἅμα ὑπό τε τοῦ πικροῦ καὶ τοῦ γλυκέος πάσχει;] οὐ γὰρ μέρει μέν τινι τῆς γλώττης τόδε [φησί,] μέρει δὲ θάτερον, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ. [καὶ ἐπὶ τῆς ἀκοῆς δὲ ὁμοίως.]

Fr. III. (p. 276, 26.) [Ἐπὶ οὖν τὰ τοῦ Θ. ἐπανίομεν. φαίνεται δὲ καὶ αὐτός,] οὐδὲ μίαν [ἀξιῶν] αἴσθησιν αὐτόθεν θιγγάνειν τοῦ αἰσθητοῦ. τὸ γὰρ μὴ κοινὸν [φησί,] μηδὲ ὅμοιον ἐν τοῖς ὁμογενέσιν (i. e. ταῖς αἰσθήσεσι,) οὐκ εὔλογον. (His ultimis probatur οὐδὲ μίαν, nimirum: aliquid

de omnibus sensibus dici similiter potest.) [ἐπάγει δὲ περὶ τοῦ διαφανοῦς, ὡς ἐπιταράξειεν ἄν τινας διὰ τὸ ἀσύνηθες,] ὅπως λέγεται (sc. τὸ διαφανὲς) ὁρατὸν μὴ καθ' αὑτὸ, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀλλότριον χρῶμα. Illa verba ὡς ἐπιταρ. plane superflua sunt, et produnt simul ac sequentia, ubi haec ταραχή solvitur, Lydum nostra non percepisse. Sunt enim Aristotelis verba Anim. II, 7 T. 68 et illustrantur nostra dissertatione de Stagiritae doctrina sensuum. — (36) [Τί οὖν ἡ φύσις τοῦ διαφανοῦς; οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ φάναι, ἐνυπάρχει αὐτὸ ἀέρι καὶ ὕδατι, καὶ αἰθέρι, καὶ ἔν τισι ςερεοῖς (praeter αἰθέρι, verba Arist. l. l.)] ἀνάγκη δὲ [φησὶν,] ἤτοι πάθος ἢ διάθεσις εἶναι. σῶμα γὰρ οὐχ οἷόν τε ἐν σώματι. (Ultima dicuntur ab Arist. quoque l. l. T. 69: οὐ δὲ γὰρ δύο σώματα ἅμα δυνατὸν ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι.) (p. 277, 9.) Καὶ πῶς ἐνέργεια τοῦ διαφανοῦς τὸ φῶς (ut Arist. l. l. ait), ὃ διὰ φωτίζοντος παρατείνεται; ἐκείνου (sc. τοῦ φωτὸς) γὰρ ἐνέργεια δόξειεν ἂν μᾶλλον (sc. τὸ διαφανές.) [τοῦτο δὲ ἀπορήσας, ἐπιλύεται,] ὁμοίως ἔχειν τοῦτο [λέγων,] ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς πάσχουσιν. [ἐκεῖνο ἴσως ἐπιδεικνύμενος,] ὅτι ὡς ἡ θερμότης τοῦ μὲν πυρὸς, ὡς ποιοῦντός ἐςι ἐνέργεια, τοῦ δὲ θερμαινομένου ὡς πάσχοντος, οὕτω καὶ τὸ φῶς τοῦ δεχομένου ὡς πάθημα λέγοιτ' ἂν ἐνέργεια, οὐ κυρίως ἐνέργεια ὀνομαζομένη. [διὸ καὶ ἐπάγει,] μὴ δεῖν ζητεῖν τὰ ὀνόματα, ἀλλ' εἰ τὴν φύσιν αὐτοῦ νοοῦμεν, ἱκανὸν εἶναι. Quibus omnibus Priscianus cum Jamblicho non assentit.

Fr. IV. (p. 277, 33.) Ἀλλ' εἰ ἀσώματον τὸ φῶς, διὰ τί [φησὶ] πυρὸς ἢ ὅλως σώματος παρουσία γίνεται; (Haec quaestio fundatur Arist. opinione: ἀλλὰ πυρὸς ἢ τοιούτου τινὸς παρουσία ἐν τῷ διαφανεῖ. l. l.) δόξῃ γὰρ ἂν ἀποῤῥοή τις εἶναι σωματικὴ καὶ σῶμα· [ὃ δὴ ἐπιλυόμενος,] ληπτέον [φησὶ] οὐ τοῦτον τὸν τρόπον, ἀλλ' ὡς πέφυκεν ἐκεῖνο πάντως· [δηλῶν,] ὡς εἰδική τίς (i. e. Aristotelicum οὐ καθ' αὑτό) ἐςιν ἡ τοῦ φωτὸς ἐνέργεια· ἐπεὶ καὶ ἡ θερμότης ἀπὸ εἴδους· διὸ οὐ σῶμα· οὐ γὰρ κατὰ απομερισμὸν ἢ ἀποῤῥοήν. (39) οὐχ ὁρατὸν [ὡς καὶ αὐτὸς ἐπάγει] τὸ σκότος. (cf. Arist. l. c. T. 70.) — (46) συμβαίνει δὲ

[φησὶ,] καὶ τοῦ ὁρᾶσθαι τὰ χρώματα χρῶμα τὸ αἴτιον εἶναι, καὶ ἁπλῶς τὰ ὁρατὰ τὸ ὁρατόν, εἴπερ τὸ φῶς αἴτιον χρῶμα ὂν τοῦ διαφανοῦς καὶ ὁρατοῦ· (quod Arist. est l. l.: τὸ δὲ φῶς οἷον χρῶμά ἐςι τοῦ διαφανοῦς contra jam vero addit) καὶ οὐκ ἄτοπον [φησὶ,] ἀλλὰ ὁμολογούμενον τοῖς ἄλλοις· καὶ γὰρ ἡ γεῦσις διὰ χυμοῦ. (p. 279, 42) [τὸ χρῶμα κινεῖ τὴν αἴσθησιν —] καὶ ὅταν [ὡς αὐτὸς ἔφη] ἡ ὕλη αὐτῷ (sc. τῷ χρώματι) παρῇ τὸ διαφανές. (44) καὶ αὐτὸ δὲ τὸ διαφανὲς τῷ φωτὶ οὐ διαιρετέον [φησὶν, ὀρθῶς λέγων.]

Fr. V. (p. 280, 2.) ἡ δὲ ὄσφρησις [φησὶ] διὰ τοῦ ἀέρος, ὥσπερ ἀναμιγνυμένου πως ἔοικε, καὶ πάσχοντος· ἡ δὲ ἀκοὴ, σχηματιζομένου. (Arist. contendit, medium olfactus esse aërem et aquam, auditus aërem l. l. T. 76 cf. sq.) (5) [Ζητεῖ δὲ,] εἰ διικνεῖται πρὸς τὴν αἴσθησιν ἕκαςον ὁμοίως, ἢ τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δὲ ἧττον. (Quaestionem solvit Lydus ipse.) (10) Asseverat hic Lydus, omnia, quae Arist. de mediis illis inter sensilia et sensoria ad sensum proferendum dixisset, a Theophrasto affirmata esse, qui tamen ea ad studium accuratius evocasset.

Fr. VI. (p. 280, 23.) Ἀφοριςέον δὲ [φησὶ ὁ Θ.,] καὶ τὰ περὶ τὰς ἀνακλάσεις· (37) [ὃ δὴ ἴσως (sc. ὥσπερ ὁ Πλάτων) καὶ ὁ Θ. ἐνδείκνυται, κατὰ τὰς ἀνακλάσεις λέγων,] τῆς μορφῆς ὥσπερ ἀποτύπωσιν ἐν τῷ ἀέρι γίνεσθαι. (Haec fere cum *Democriti* ἀποτυπώσει conveniunt. Arist. pauca de his loquitur l. l. c. 8 T. 80.) [Ἐπάγει δὲ,] ὡς ἐπ᾽ ἐνίων ὁμογενὲς ἔοικεν εἶναι τὸ αἰσθητήριον τοῖς αἰσθητοῖς· ἥ τε γὰρ γλῶττα διὰ ὑγροῦ τῶν χυμῶν, καὶ ἀκοὴ δὴ διὰ τοῦ ἀπειλημμένου ἀέρος κινουμένου τῆς φωνῆς αἰσθάνεται. [ζητεῖ οὖν,] διὰ τί μὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως· καὶ πῶς τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πάσχει, ὑπὸ τοῦ ἔξωθεν ἀέρος ὁ ἀὴρ, καὶ ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ τὸ ὑγρὸν, ἢ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὅμοιος ὁ λόγος. quomodo *Th.* has quaestiones solverit, nobis videre non licet. Sed multa his insunt, quibus Arist. nequaquam congruit. Linguam enim humiditate sua saporis humiditatem sentire, denegat Stagir. l. l. c. 10

T. 104. *ἀπειλημμένου* quoque opinioni non convenit Aristotelis, qui *κινουμένου*, inquit, *τοῦ ἔξω, τὸ εἴσω κινεῖ* ib. 8 T. 82. *ἐπὶ τῶν ἄλλων* Th. praecipue de visu intelligit, ubi aqua in oculi interno sit, lumen autem extrinsecus veniat.

Fr. VII. (p. 281, 5.) *Ἀλλ' εἰ ἄνευ τῆς ἀναπνοῆς δυνατὸν ὀσφραίνεσθαι, τί κωλύει* [φησὶ] *καὶ ἀκούειν ἄνευ τοῦ ἀέρος;* Arist. quidem contendit, hominis esse proprium odorari non aliter quam simul cum respiratione. Hominis enim olfactum debilem esse. ib. c. 9 T. 98. 92.

Fr. VIII. (ib. 10.) *Ὁ δὲ ψόφος ἄρα πάντως πρὸς ϛερεὸν* [φησίν]; *ἢ καὶ ϛερεοῦ χωρὶς, ὡς ὁ τῶν ἀνέμων.* Respondet Arist: *ϛερεὰ* esse oportet, sed etiam *λεῖα καὶ κοῖλα* sq. ib. c. 8 T. 77. 78.

Fr. IX. (ib. 25.) *Οὐ γὰρ δὴ* [ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐπιφέρει,] *μηδενὸς ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ διικνημένου, κινοῖτο ἄν τις αἴσθησις.* — (44) Nuntiat hic Lydus, Theophr. affirmasse, quae Arist. de carne, tactus sensorio non proprio, sed medio ediderat.

Fr. X. (p. 282, 30.) Affert jam Lydus plura, quae Th. contra magistri doctrinam sensit. [Ζητεῖ ὁ Θ., πρῶτον μὲν,] *πόθεν ὡς διὰ μόνων ἀέρος καὶ ὕδατος* (sc. *αἱ αἰσθήσεις γίνονται.* Arist. enim contenderat: *τῶν δὲ ἁπλῶν ἐκ δύο τούτων αἰσθητήρια μόνον ἐϛὶν, ἐξ ἀέρος καὶ ὕδατος· ἡ μὲν γὰρ κόρη, ὕδατος· ἡ δὲ ἀκοὴ, ἀέρος· ἡ δὲ ὄσφρησις θατέρου τούτων.* Anim. III, 1 T. 130.) *μήποτε γὰρ ἡμῖν διὰ μόνων τούτων, ἐπεὶ καὶ τὰ αἰσθητήρια ἡμῖν ἐκ τούτων, ἡ μὲν ὄψις ὕδατος, ἡ δὲ ἀκοὴ ἀέρος· θατέρου δὲ τούτων ἡ ὄσφρησις.* [δεύτερον δὲ,] *εἰ διὰ τοῦ αὐτοῦ πλείω* (sc. *γνωρίζεται,*) *ἢ οὐ πάντως ὁ τοῦτο* (sc. *τὸ αὐτὸ*) *ἔχων, καὶ τὰ πλείω εἴσεται· οἷον εἰ δι' ἀέρος καὶ τὰ ὀσφραντὰ καὶ τὰ ἀκουϛὰ, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἄμφω* (sc. *γνωρίζεται·*) *οὐ γὰρ ὅσα ὀσφραίνεται, ταῦτα καὶ ἀκούει. οὐδὲ γὰρ ὡς ὁ ἀὴρ ἁπλῶς ὀσφραντικὸς, ἢ ἀκουϛικός. ὁ γοῦν ἐν τῷ φάρυγγι οὐδέτερον, ἀλλὰ κατὰ λόγον· καὶ δεῖ πρὸς ἑκάτερον ἔχειν λόγιον· καὶ ὁ μὴ ἔχων, οὐκ αἰσθήσεται ἀμφοῖν.* (Non plane contraria contendit Stagirit. l. l. T. 129.) [Ἔτι ἐπισκήπτει,] *μήποτε οὐδὲ ἐκεῖνο*

ἀληθές· τὸ γὰρ ἐξ ἀμίκτων ἁπλῶς εἶναι τὰ αἰσθητήρια, (referuntur haec ad verba supra laudata, ubi τῶν ἁπλῶν dicuntur pro τῶν ἀμίκτων,) ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν. τὸ γοῦν θερμὸν, κοινὸν εἶναι φαμὲν, ἐπί τινων δὲ καὶ τὸ ὑγρόν· (Arist. quoque de calido l. l.: τὸ δὲ πῦρ ἢ οὐδενὸς ἢ κοινὸν πάντων· οὐδὲν γὰρ ἄνευ θερμότητος αἰσθητικόν.) ἔπει καὶ τὸ ἀμιγέϛατον ἔϛαι αἰσθητικώτατον, ὥϛε καὶ τὸ χωριζόμενον τοῦ ζώου, ἔϛαι αἰσθητικόν· ἔτι εἰ ὁ λόγος αἴτιος τῆς αἰσθήσεως, (καὶ γὰρ φθείρεται, τῷ διαλύεσθαι τὸν λόγον· ὁ δὲ λόγος (quid hic sit v. fr. XII) ἐν τῇ τῶν πλειόνων μίξει,) ἐκ πλειόνων ἂν εἴη τῶν αἰσθητηρίων ἕκαϛον. διὰ τί δὲ ἐκ δύο μόνων αἰσθήσεις; τὸ γὰρ ζῆν ἐν τῷ θερμῷ μᾶλλον, ἡ δὲ αἴσθησις. (Quantum haec ultima cum Arist. opinionibus congruant, facile intelligis e prioribus. cf. supra p. 23 c. VI. Sed nunc Tho. respondere potuit, quia calor vitae principium sit, idcirco non unius sensus, sed omnium communem calorem esse.)

Fr. XI. (p. 283, 5.) [καλῶς μὲν γὰρ τοῦτο ὑπὸ τοῦ Θ. ἀξιοῦται,] ὅτι διὰ τοῦ αὐτοῦ πλείω γίνεται, κατὰ λόγους καὶ κατὰ διαφόρους πρὸς τὰ πλείω λόγους.

Fr. XII. (ib. 18.) [πῶς οὖν ὁ λόγος, τῆς αἰσθήσεως αἴτιος; — ἢ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐπιλύεται,] οὐκ ἐν τῇ τῶν ϛοιχείων, ἀλλὰ ἐν τῇ τοῦ αἰσθητηρίου πρὸς τὰ αἰσθητὰ σχέσει [ἀφορίζων τὸν λόγον.]

Fr. XIII. (ib. 27.) *Arist.* quum de communi, quem opinabatur, sensu loqueretur, dixit: communia illa, ut magnitudo, forma etc. ταῦτα πάντα κινήσει αἰσθανόμεθα, οἷον μέγεθος κινήσει· ὥϛε καὶ τὸ σχῆμα· μέγεθος γάρ τι καὶ τὸ σχῆμα. Anim. III, 1 T. 133. Quibus contrario modo ἄτοπον δὲ [ὁ Θ. φησὶν,] εἰς τὴν μορφὴν τῇ κινήσει sc. perveniatur.

Fragmenta de phantasia et intellectu.

Fr. I. (p. 284, 24.) Lydus nuntiat Theophrastum plane de phantasia persequutum esse ea, quae Aristoteles docuisset, cujus sententias in angustum deducit cf. Anim. III, 3 T. 153—162. — (p. 285, 13.) Ἐν τίνι οὖν ἡ φαν-

τασία, [ζητεῖ ὁ Θ.] οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ αἰσθητικῷ· διότι ἀληθοῦς οὔσης τῆς αἰσθήσεως, ψευδὴς γίνεται ἐνίοτε ἡ φαντασία· οὔτε ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ· τὸ μὲν γὰρ ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ πάθημα, παρόντος συμβαίνει τοῦ αἰσθητοῦ· τὰ δὲ φαντάσματα γίνεται καὶ ἀπόντος. Prima contendit Arist. quoque: εἶτα αἱ μὲν (sc. αἱ αἰσθήσεις) ἀληθεῖς αἰεὶ, αἱ δὲ φαντασίαι γίνονται αἱ πλείους ψευδεῖς. Ultima annuit dicens: φαίνεται καὶ μύουσιν ὁράματα l. l. T. 156.

Fr. II. (p. 285, 48.) Οὐ γὰρ οὕτω [φησὶ] ληπτέον, οὐδὲ ὡσαύτως· ἐριςικὸν γὰρ ἁπλῶς, ὑποκειμένην τινὰ δύναμιν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ὑλικῶν· [καὶ ὀλίγον προελθὼν, ἐπάγει·] τάχα δ' ἂν φανείη καὶ τοῦτο ἄτοπον, εἰ ὁ νοῦς ἔχει ὕλης φύσιν μηδὲν ὂν, ἅπαντα δὲ δυνατός· οὐχ οὕτω δὲ ληπτέον, οὐ δὲ πάντα οὖν· ἀλλὰ δεῖ διελεῖν. ποῖος οὖν καὶ τίς ἡ διαίρεσις; ἡ μὲν γὰρ ὕλη, οὐ τόδε τί· ὁ δὲ νοῦς εἰ μὴ οὕτω, τί ἂν ἕτερον; κατὰ ἀναλογίαν οὖν καὶ τῇ δυνάμει ληπτέον ἐπὶ τοῦ ψυχικοῦ νοῦ. ὡς γὰρ πρὸς τὸν ἐνεργείᾳ νοῦν, τουτέςιν τὸν χωριςόν· ἡ μὲν οὖν ὕλη ὡς ἐσχάτη εἰκότως πάντα δυνάμει· οὐ μὴν ἡ αἴσθησις ὡς ἡ ὕλη· εἶδος γὰρ ἔςι (deest ἔςι apud *Opor.*, sed non in convers. Ficin.) καὶ λέγεται, καὶ περιέχουσα κατ' οὐσίαν τῶν αἰσθητῶν λόγους ἡ αἴσθησις· ἕτερον δὲ τρόπον δυνάμει λέγεται τὰ αἰσθητὰ, ὡς ὑπ' αὐτῶν κινουμένη πρὸς τὴν προβολὴν, καὶ παρόντων καὶ δρώντων αὐτῶν εἰς τὸ αἰθητήριον δεομένη πρὸς τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν· ὁ δὲ ψυχικὸς νοῦς, οὔτε ὡς ὕλη, οὔτε ὡς ἡ αἴσθησις· καὶ γὰρ εἶδός ἐςι, καὶ πάντων εἰδῶν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν περιεκτικὸς, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐνεργεῖ, καὶ ἐν ἑαυτῷ περιέχει τὰ νοητά. Ad quod fragmentum quum maxima laboret obscuritate, primum adjiciamus frgm. sequens (p. 286, 28:) [ὀρθῶς ἄρα καὶ ὁ Θ.] ἄτοπον ἀποφαίνεται τὸ ὑλικὴν ἀποδιδόναι φύσιν τῷ νῷ, καὶ τὸ οὕτως ὡς ὕλη μηδὲν εἶναι, ἀλλὰ πάντα δυνατόν· καὶ μὴ δεῖν οὕτω λαμβάνειν [παρακελεύεται,] ζητεῖν δὲ, πῶς καθ' ἕτερον τρόπον δυνάμει λέγεται. — Primum quidem animadvertendum est, contextum Prisciani hic sine ulla conjunctione esse, quocirca recte inseruit ante prima

verba nostra Ficinus: „Pergamus ad reliqua. Theophrastus, ubi posthac agitur de intellectu, ait." Prae omnibus igitur necesse est, ad Aristotelem revertamus, contra quem et secundum quem haec a Th. dicta videntur. Stagirites, ubi de νῷ disputare incipit (Anim. III, 4 T. 1.) quaerit primum: εἴ τε χωριςοῦ ὄντος (sc. τοῦ νοῦ,) εἴτε καὶ μὴ χωριςοῦ κατὰ μέγεθος, ἀλλὰ κατὰ λόγον, et discernit (T. 7) τὸ μὲν γὰρ αἰσθητικὸν οὐκ ἄνευ σώματος, ὁ δὲ νοῦς χωριςός. Praeterea ratiocinatur et probat (T. 5) ὥςε μηδ᾽ αὐτοῦ (sc. τοῦ νοῦ) εἶναι φύσιν μηδεμίαν, ἀλλ᾽ ἢ ταύτην, ὅτι δυνατόν, ita ut definiatur (T. 6) ἡ νοητικὴ (sc. ψυχὴ) οὔτε ἐντελεχεία, ἀλλὰ δυνάμει τὰ εἴδη (suppl. ἔχει s. ὑπολαμβάνει). Tales quaestiones Th. quoque proponere in frgmtis nostris mihi videtur. Primo, num ὁ νοῦς sit δύναμις quaedam talis, qualis corporeis insit et subjaceat (puto, calor) an non? Secundo, ὁ νοῦς nullamne habeat materiae naturam, tamen omnia possit, i. e. omnia percipiat δυνάμει. Simul hoc denegat, quod repetit in secundo fragmento, ubi jubet quoque exquiri, quibus modis diversis τὸ δυνάμει sit percipiendum. Ad quae omnia admoneamus lectorem illius opinionis priscae, qua anima omnia, quae cognoscat, contineat, ut ea cognoscere possit (v. supra p. 164 et 175.) Sed definit Th. quoque diversitatem τοῦ δυνάμει, accuratius quidem Aristotele, tamen plurimis hujus sententiis nixus. Ita omnium fundamentum est illud Aristotelicum: αἴσθ. οὐκ ἄνευ σώματος, νοῦς χωριςὸς σώματος, et (c. 8 T. 38.): οὐ γὰρ ὁ λίθος ἐν τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ τὸ εἶδος — καὶ ὁ νοῦς εἶδος εἰδῶν, καὶ ἡ αἴσθησις εἶδος τῶν αἰσθητῶν.

Fr. III. (p. 286, 32.) Prisciani verba, qualia Oporinus excudit, fere nullum praebent sensum. Aliter se habet Ficini conversio. Audeo igitur aliqua inserere, quae hoc signo („") noto, Ficini verbis in margine adscriptis. [Ἀπορεῖ δὲ ἑξῆς,] ὅπως „ὁ νοῦς" γίνεται „νοητὸς, καὶ ὅπως" τὰ νοητὰ, καὶ τί τὸ πάσχειν αὐτό· δεῖ γὰρ „αὐτόν τε πως γίνεσθαι καὶ τὰ νοητὰ, καὶ πάσχειν τι," εἴπερ εἰς ἐνέρ-

γειαν ἥξει, καθάπερ αἱ αἰσθήσεις. „ἔτι δέ," σωμάτων (Oporin. habet ἀσωμάτῳ) ἐπὶ ἀσωμάτου „τί" τὸ πάθος, ἢ ποία μεταβολὴ, καὶ πότερον ἀπ' ἐκείνου ἡ ἀρχὴ, ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ· τὸ μὲν γὰρ πάσχειν ἀπ' ἐκείνου δόξειεν ἄν· οὐδὲν γὰρ ἑαυτοῦ τῶν ἐν πάθει· τῷ δὲ ἀρχὴ πάντων εἶναι, καὶ ἀφ' ἑαυτῷ τὸ νοεῖν· καὶ μὴ ὥσπερ ταῖς αἰσθήσεσιν ἀφ' ἑαυτοῦ[1]). Hae Theophrasti sententiae excerptae optime illustrantur Arist. dictis. *ὅπως ὁ νοῦς κτλ.*] Quaerit idem Arist. T. 13: *ἔτι δ' εἰ νοητὸς καὶ αὐτός·* quae solvit T. 15: *καὶ αὐτὸς δὲ νοητός ἐςι ὥσπερ τὰ νοητά· ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄνευ ὕλης, τὸ αὐτό ἐςι τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον κτλ. — καὶ τί τὸ πάσχειν κτλ. καθάπερ αἱ αἰσθ. κτλ.*] Eodem modo quaerit Arist. T. 2: *εἰ δή ἐςι τὸ νοεῖν ὥσπερ τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ πάσχειν τι ἂν ὑπὸ τοῦ νοητοῦ κτλ.* Quorum disceptatio invenitur T. 7 sq. 14. c. 6 sq. Summa sunt T. 3: *ἀπαθὲς ἄρα εἶναι, δεκτικὸν δὲ τοῦ εἴδους.*

Fr. IV. (p. 287, 12.) *Καὶ ἁπλῶς δὲ ἐν τοῖς χωριςοῖς σωμάτων ἀσωμάτοις,* [ὅπερ καὶ αὐτός φησι,] *τί τὸ πάθος, ἢ ποία μεταβολή· καὶ τὰ μὲν πάθη ἔξωθεν· ὁ δὲ νοῦς ἀρχὴ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ·* [ὡς οὖν παθητικός·] *εἰ γὰρ ὅλως ἀπαθὴς* [φησὶν,] *οὐδὲν νοήσει·* [τὴν ἀπὸ τῶν νοητῶν τελείωσιν πάθος καλῶν] — (17) *ἀπαθὲς γὰρ ὁ νοῦς* [φησιν ὁ Θ.] *εἰ μὴ ἄρα ἄλλως ἢ τὸ παθητικὸν, οὐχ ὡς τὸ κινητικὸν (ἀτελὴς γὰρ ἡ κινησις,) ἀλλ' ὡς ἐνέργεια· ταῦτα δὲ διαφέρει· χρῆσθαι δὲ ἀναγκαῖον ἐνίοτε τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν.* — (20) *συγγινώσκειν δὲ* [ἀξιοῖ] *τῇ τῶν ὀνομάτων χρήσει, διότι ἐκ τῶν αἰσθητῶν καὶ ἐπὶ τὰ νοερὰ μεταφέρομεν τὰ ὀνόματα·* [ἀξιοῖ δὲ] *ἀφορίζεσθαι τὸ πάσχειν.* — Hoc quoque fragmentum exspectat illustrationem ab Arist., qui de *πάθει*

---

[1]) „Posthac autem Th. ambigit quomodo vel intellectus noster intelligibilis fiat, vel ipsa intelligibilia fiant, quidve sit ibi pati. Oportet enim ipsum quodammodo et intelligibilia fieri, et quandam ibi cavere passionem, si modo quemadmodum sensus sic intellectus procedat in actum. Veruntamen ambiguum est, quaenam passio a corporea natura in rem incorpoream inferatur, vel quae inter haec accidat permutatio, atque utrum ab illo principium detur, an potius se ipso etc."

et ἀπαθείᾳ τοῦ νοητικοῦ bene ait (T. 7:) ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις οὐ δύναται αἰσθάνεσθαι ἐκ τοῦ σφόδρα αἰσθητικοῦ — ἀλλ' ὁ νοῦς ὅταν τι νοήσῃ σφόδρα νοητὸν, οὐχ ἧττον νοεῖ τὰ ὑποδεέςερα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον. Praeterea (c. 7 T. 28) τὸ αἰσθητικὸν esse εἶδος τῆς κινήσεως· ἡ γὰρ κίνησις τοῦ ἀτελοῦς ἐνέργεια ἦν· ἡ δ' ἁπλῶς ἐνέργεια ἑτέρα ἡ τοῦ τετελεσμένου. Sensus igitur constat in motu imperfecto, intellectus in perfecto, et utriusque activitas ita differret, si ὁ νοῦς activitas (ἐνέργεια) esset: sed ὁ νοῦς δυνάμει tantum exstat. Si autem ὁ νοῦς ἀρχὴ καί ἀφ' ἑαυτοῦ est, tum (33) [ἐπεὶ φησὶ ὁ Θ.] τὸ ὑφ' ἑτέρου κινοῦντος τὴν ἐνέργειαν, εἶναι τοῦ νοῦ, καὶ ἄλλως ἄτοπον, καὶ πρότερόν τι ποιεῖν ἐςὶν ἕτερον τοῦ νοῦ· καὶ οὐκ ἐφ' ἑαυτῷ τὸ νοεῖν, εἰ μή τις ἄλλως ὁ κινῶν νοῦς. —

Fr. V. (p. 287, 37.) εἰ γὰρ ἐνεργῶν (sc. ὁ νοῦς) [φησὶ] γίνεται τὰ πράγματα, τὸ δὲ (i. e. τὸ ἐνεργοῦν) μάλιςα ἑκάτερον ἔςι, τὰ πράγματα ἂν εἴη ὁ νοῦς. [οὐ μόνον γὰρ τὰ νοούμενα, ἀλλὰ καὶ νοῦς τότε μάλιςα ἔςιν, ὅταν νοῇ· διὸ ἑκάτερον ἔφη.] Idem dicere videri potest Arist. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄνευ ὕλης τὸ αὐτό ἐςι τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον, sed bene animadvertas τὰ ἄνευ ὕλης, ut: ἡ ἐπιςήμη ἡ θεωρητικὴ καὶ τὸ ἐπιςητὸν τὸ αὐτό ἐςι. Itaque πράγματα falso dictum est. Nam (c. 8 T. 38) οὐχ ὁ λίθος ἐν τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ τὸ εἶδος — καὶ ὁ νοῦς δὲ εἶδος εἰδῶν· καὶ ἡ αἴσθησις εἶδος αἰσθητῶν!

Fr. VI. (p. 288, 15.) Καὶ γὰρ ἄτοπον [φησὶν] εἰ δυνάμει μὲν ὢν μηδέν ἐςιν· ἐνεργείᾳ δὲ ἕτερος, ὅταν μὴ ἑαυτὸν νοῇ· τὸ δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο νοεῖν, οὐδέποτε ὁ αὐτός.— διὸ [φησὶν] οὐχ οὕτω ληπτέον, ἀλλ' ὡς ἐλέχθη πρότερον, (v. Frg. II) [ἐν οἷς ἠξίου κατὰ ἀνολογίαν ἀκούειν τὸ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ· καὶ μὴ ὡς ἐπὶ τῆς ὕλης, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ νοῦ· τό δὲ γάρ τι εἶναι τὸν νοῦν· μηδὲ μὴν ὡς ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως·] αὕτη μὲν γὰρ, [ὡς καὶ νῦν ἐπάγει,] οὐκ ἄνευ σώματος· ὁ δὲ χωριςός· διὸ τῶν ἔξω προελθόντων, οὐ δεῖται πρὸς τὴν τελείωσιν.

Fr. VII. (288, 38.) Ὑπό τινος οὖν [φησὶν] ἡ γένεσις (suppl. τοῦ νοῦ) εἴτε ἕξεως καὶ δυνάμεως, εἴτε οὐσίας, [τουτέςι πότερον καθ' ἕξιν μόνον καὶ δύναμιν ἐν τῇ ψυχῇ ἡ μεταβολὴ,

ἢ κατ' οὐσίαν.] — (p. 289, 10.) *ἔοικε μᾶλλον* [φησὶ] *ἕξεως· διαφαίνεται μὲν γὰρ ἡ κατὰ τὰς ἕξεις μεταβολὴ καὶ τελείωσις·* [— καὶ ἐπάγει,] *αὕτη δὲ οἷον τελεοῦν τὴν φύσιν τοῦ ἐνεργοῦντος.* [— Ἐφεξῆς δὲ καὶ αὐτὸς ὥσπερ ὁ Ἀρις. τιθέμενος] *ἔνια μὲν ἄυλα τῶν εἰδῶν, ἐφ' ὧν ταὐτὸ αὐτό τε ἕκαστον, καὶ τὸ εἶναι αὐτῷ — ἔνια δὲ ἔνυλα, ἐφ' ὧν ἕτερον αὐτὸ, καὶ τὸ εἶναι αὐτῷ.* Verba Aristotelis, quae cum his plane conveniunt, mihi non occurrerunt. Attamen multa habeo, ad quae annuitur. Ita explicat: *Λέγομεν δὴ ἕν τι γένος τῶν ὄντων, τὴν οὐσίαν· ταύτης δὲ τὸ μὲν ὡς ὕλην, ὃ καθ' αὐτὸ μὲν οὐκ ἔστι τόδε τι· ἕτερον δὲ, μορφὴν καὶ εἶδος, καθ' ἣν ἤδη λέγεται τόδε τι· καὶ τρίτον, τὸ ἐκ τούτων· ἔστι δὲ ἡ μὲν ὕλη, δύναμις· τὸ δὲ εἶδος, ἐντελέχεια, καὶ τοῦτο διχῶς· τὸ μὲν ὡς ἐπιστήμη, τὸ δὲ ὡς τὸ θεωρεῖν.* (Anim. II, c. 1 T. 2.) ad quae jam addas: *ἑκάστου γὰρ ἡ ἐντελέχεια, ἐν τῷ δυνάμει ὑπάρχοντι, καὶ τῇ οἰκείᾳ ὕλῃ πέφυκε γίνεσθαι.* (ib. 2 T. 26.)

Fr. VIII. (p. 290, 15.) [πάλιν δὲ ὑπομιμνήσκει φιλοσοφώτατα ὁ Θ.,] *ὡς καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι τὰ πράγματα τὸν νοῦν καὶ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ ληπτέον οἰκείως· ἵνα μὴ ὡς ἐπὶ τῆς ὕλης κατὰ στέρησιν τὸ δυνάμει, ἢ κατὰ τὴν ἔξωθεν καὶ παθητικὴν τελείωσιν, τὸ ἐνεργείᾳ ὑπονοήσωμεν· ἀλλὰ μηδὲ ὡς ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως, ἔνθα διὰ τῆς τῶν αἰσθητηρίων κινήσεως, ἡ τῶν λόγων γίνεται προβολὴ, καὶ αὕτη τῶν ἔξω κειμένων οὖσα θεωρητικὴ, ἀλλὰ νοερῶς ἐπὶ νοῦ καὶ τὸ δυνάμει, καὶ τὸ ἐνεργείᾳ εἶναι τὰ πράγματα ληπτέον.*

Fr. IX. (p. 290, 47.) *Theophrastus* illas sententias, de quibus jam supra loquuti sumus (Fr. II, V et al.) Aristotelis exposuit, sed *ἐπαπορεῖ τινα.* Nimirum *ἐπειδὴ* [φησὶν] *τὰ μέν ἐστιν ἐν ὕλῃ, τὰ δὲ ἄνευ ὕλης, ὁποῖαι αἱ ἀσώματοι καὶ χωρισταὶ οὐσίαι, ἐν μὲν τοῖς χωριστοῖς ταὐτόν ἐστι τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον· ὅ τε γὰρ νοῦς, μὴ ἔξω ἀποτεινόμενος, ἀλλ' ἐν αὐτῷ μένων, νοεῖ τὰ πράγματα· διὸ ὁ αὐτὸς τοῖς νοητοῖς· τά τε ἄυλα πάντα ἀμέριστα ὄντα, καὶ ζωῆς καὶ γνώσεως πλήρη, νοερὰ τυγχάνει ὄντα. ἐπεὶ καὶ τὰ μὲν αἰσθητὰ διὰ τὸν ὑλικὸν διασπασ-*

μὸν, ἑτέροις ἐςὶν αἰσθητὰ, ἑαυτοῖς δὲ ἔνια οὐδαμῶς. τὰ δὲ ἄϋλα, νοητὰ ὄντα, καὶ ταύτῃ τῶν αἰσθητῶν διενήνοχε, τῷ μὴ διεσπᾶσθαι ἀπὸ τοῦ νοοῦντος, μηδὲ ἔξωθεν τελειοῦσθαι, ἀλλὰ τελείως ἀφ' ἑαυτῶν εἶναι νοητά. διὸ καὶ νοοῦντα, ἔτι ἀμέριςα ὄντα, ἀμερίςως καὶ τῷ νοοῦντι ἥνωται, καὶ ὅλα δι' ὅλων ὄντα νοητὰ, ὅλα δι' ὅλων ἥνωται τῷ νῷ· καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ κατ' οὐσίαν ὄντα νοητὰ, καὶ τέλεια ὄντα κατ' οὐσίαν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τέλεια κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν νοητὰ εἴη ἂν, καὶ νοοῦντα τὰ αὐτὰ, ἵνα καὶ καθ' ἑαυτὰ ᾖ νοητά τε, καὶ τέλεια νοητά. Cum his ultimis componenda sunt Arist. verba l. l. c. 6 T. 21. 23 sq.

Fr. X. Arist. verbis ipsis laudatis, pergit Prisc. p. 291, 37 [τοῦτο δὲ διαρθρῶν ὁ Θ. ἐπάγει·] ἀλλ' ὅταν γένηται, καὶ νοηθῇ, δῆλον ὅτι ταῦτα ἕξει, τὰ δὲ νοητὰ ἀεὶ, εἴπερ ἡ ἐπιςήμη ἡ θεωρητικὴ, ταὐτὸ τοῖς πράγμασιν· αὕτη δὲ, ἡ κατ' ἐνέργειαν δηλονότι. κυριωτάτη γὰρ τῷ νῷ [φησὶ] τὰ μὲν νοητὰ, τουτέςι τὰ ἄϋλα, ἀεὶ ὑπάρχει· ἐπειδὴ κατ' οὐσίαν αὐτοῖς σύνεςι· καὶ ἔςι, ὅπερ τὰ νοητά· τὰ δὲ ἔνυλα, ὅταν νοηθῇ, καὶ αὐτὰ τῷ νῷ ὑπάρξει, οὐχ ὡς εὐςοίχως αὐτῷ νοηθησόμενα· οὐδέποτε γὰρ τὰ ἔνυλα τῷ νῷ ἀΰλῳ ὄντι· ἀλλ' ὅταν ὁ νοῦς τὰ ἐν αὐτῷ, μὴ ὡς αὐτὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς αἴτια τῶν ἐνύλων γινώσκῃ, τότε καὶ τῷ νῷ ὑπάρξει τὰ ἔνυλα κατὰ τὴν αἰτίαν.

Fragmentis ita collectis, et auxilio Aristotelicorum in ordinem et nexum quendam redactis, praeterea mihi officium videtur esse probare exemplis aliquot caussas, ob quas hic et illic loca quippe Theophrasti, sequentia autem Prisciani, abruperim, ut lectorem certissimum reddam de verborum auctoritate. Post Fr. II dicitur εἰ ἄρα et πνεύματα ἐν τῇ γλώττῃ, quod non Theophrasti est, et uno nexu ὁ λόγος εἴρηται etc. Post ultima verba frg. III invenimus: πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο ἀξιῶ κτλ. In frg. IV post ἀποῤῥοὴν inducit, quae opinatur, Prisc. per ἀλλά. Ipse haec sua probat verbis statim interpositis ὡς καὶ

αὐτὸς ἐπάγει. Ibidem post *διὰ χυμοῦ* dicit: *ἀλλ' ἐρεῖ τις,* post *ὀρθῶς λέγων: οὔτε γὰρ,* quibus *ὀρθῶς* suum probat. In Fr. V. post *σχηματιζομένου: εἴρηται δὲ κτλ.*; post *ἧττον: καὶ δῆλον οἶμαι.* Post fr. X statim Prisc.: *ἐξ ἀρχῆς τοίνυν,* inquit, *πρὸς τὰς ζητήσεις ἐροῦμεν.* Fr. XI praeter alia sequitur mox *τὸ τῶν ἐξειρημένων δυνάμεων.* Ad frg. XIII addit *μὴ διορισθέντος οἶμαι* etc. Ad partis secundae frg. I: *λέγω δὴ οὖν.* In fr II et III *Ficinus* in translatione sua distinxit inter Theophrasti et Prisciani verba, quod alias non fecit. Sed in fr. II admodum falsus est. Nam Theophrasti orationem interrumpit statim post verba: *ὁ δὲ νοῦς, εἰ μὴ οὕτω, τί ἂν ἕτερον;* Multa enim sequentia Theophrasti esse, probant, non solum verborum nexus et simplicitas, ubi ne una quidem vox orationem indicat abruptam, sed praecipue frg. VI, ubi ad haec verba respicitur, tanquam Theophrasti. Abrupi igitur, ubi Lydus sua contra Theophrasti sententias: *ἀλλὰ διὰ κτλ.* inducit. Post fr. III *γίνεται μὲν οὖν,* inquit et statim *ὡς εἴρηται,* in fr. IV eodem modo pergit post *ἀφορίζεσθαι τὸ πάσχειν*; et post *ὁ κινῶν νοῦς: καὶ ταῦτα ἀληθῆ.* Caeteris praetermissis, de duobus ultimis admodum dubitari potuit. Fr. enim IX Aristotelis esse videri potest, et Ficinus vertit: „Aristotelis verba imprimis articulatim et brevissime disponemus, quoniam, inquit etc." Sed Prisciani verba admodum corrupta sunt, et quae Aristotelis esse dicuntur, apud Aristotelem non inveniuntur, sed potius sententiae circumscriptae videntur, immo etiam statim post haec addit *ὁ δὲ Ἀριςοτέλης κτλ.*, ubi verba Arist. re vera usurpantur, quibus expositis, rursus (fr. X) ad Theophrastum revertitur, dicens: *τοῦτο δὲ διαρθρῶν ὁ Θ. ἐπάγει κτλ.* Post verba fr. X dicitur: *ταῦτα δὴ περὶ μὲν τοῦ ἐνεργείᾳ, οὐκ ἂν φαίην εἰροῦσθαι νοῦ· οὐ γὰρ δύναμις ἐκεῖνος, οὐ δὲ τὸ ὅταν γένηται,* quae Prisciani sunt, ut vides, et quibus metaphrasis finitur.
